



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Themis Dea, Sev De Lege Divina; Stephani Pighii  
Campensis**

**Pighius, Stephanus Vinandus**

**Antverpiae, 1568**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12935**

30



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

S III  
B9

Th. 603a.

H

L III  
29









Ex legato Celsi Principis Berolmii  
Epri Paderb. et Münster.  
Anno 1623.

# THEMIS DEA,

SEV

DE LEGE DIVINA;

STEPHANI PIGHII

CAMPENSIS.

AD AMPLISS. ANTONIVM PER-

renotum Cardinalem Granuellanum.

ITEM

MYTHOLOGIA EIVSDEM IN Q Y A-

tuor anni partes, ab auctore recognita.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXVIII.

*liber rarg*  
*F*

*Ferdinandi Fuerstenbergij*

THEMIS DEA

SEA

DE LEO DIVINA

STUTTGARTIENSIS

LIBRARIUS

THEMIS DEA SEA DE LEO DIVINA STUTTGARTIENSIS LIBRARIUS

THEMIS DEA SEA DE LEO DIVINA STUTTGARTIENSIS LIBRARIUS

THEMIS DEA SEA DE LEO DIVINA STUTTGARTIENSIS LIBRARIUS



THEMIS DEA SEA

DE LEO DIVINA STUTTGARTIENSIS LIBRARIUS

THEMIS DEA SEA

DE LEO DIVINA STUTTGARTIENSIS LIBRARIUS

THEMIS DEA SEA

STEPHANI PIGHII  
CAMPENSIS THÈMIS DEA;  
SEV DE LEGE DIVINA:  
AD ANT. PERRENOTVM  
CARDINALEM.

**V**I DE RE R profectò, Illu-  
strissime Domine, mo-  
rem à me tantopere lau-  
datum , cùm de strena-  
rum v̄su, origine & antiquitate scri-  
berem , tacitè nunc improbare , nisi  
& his anni noui Kalendis absentem  
patronum strenula noua prosequi ,  
votis solennibus omnia prospera ac  
læta precari pergeré. Cuius rei cau-  
sa cùm his diebus schedas meas per-  
lustrarem , votis optarem à Deo , vt  
felicibus auspiciis annueret , measq;  
inuocare Musas , vt offerrent boni  
omnis aliquod argumentum tuis  
rationibus quām maximè congruū,

A 2 quod

*Introductio  
ad argumen-  
tum per pro-  
sopœiam.*

quod dignè mitti à me posset, & à te  
feliciter accipi; repente oblatum est  
manibus meis Pantheū, quod olim  
variis veterum deorū, dæmonūm  
simulachris atque clogiis instruere  
adornareque institueram. Cùm itaq;  
eius templi sacraria, cellulas, adytaq;  
studiosè perlustrarem, & anxius in-  
quirerem, quisnam ex illo cælestiū  
cœtu nostris votis fauens meo no-  
mine tibi salutein, prosperasq; noui  
anni kalendas perferre vellet; vene-  
randa Themis spem pudibundo ri-  
su faciens mox se facilem præbet, &  
ad amicum notumque hospitium  
ituram pollicetur. Gratias itaq; san-  
cto numini iminēsas egi; vtque pla-  
cidum, benignum, ac felix te adire  
vellet, supplicaui; nec sine causa. mul-  
tiformis enim dea est, variasq;ue in-  
duere personas nouit. Veniet igitur,  
verūm non incitata, armisue instru-

Themis aet.  
dōin dicta  
Hesiodus.

cta

Et a tanquam prauos impiósue castigare velit, cùm vehemens, tristis ac  
 se uera sit; sed ut Orphei verbis dicá,  
 $\alpha\gamma\lambda\alpha\delta\mu\varphi\sigma \kappa\alpha\mu\sigma\beta\alpha\sigma\mu\sigma\sigma$ , quo vultu  
 deorum concilium cogere solet, &  
 rectæ rationis terminum præscribe-  
 re, honesta, splendida, ac venerabili  
 maiestate decora. Hanc, patrone, tri-  
 bus comitatam filiabus pedisequis  
 tua solita humanitate benignius ex-  
 cipe; non enim ignotam mitto vel  
 peregrinam, sed multo antè tibi fa-  
 miliarem, amicam ac domesticam,  
 atque in sanctiore pectoris tui lara-  
 rio religiosissimè semper, nec imme-  
 ritò cultam. Potens enim & magna <sup>Themidis</sup>  
 est dea, nec nisi fausto felicique bo-  
 nos visitat omine, in omnibus rebus  
 salutifera atque officiosa, in dubiis  
 viam monstrans tutam ac rectam, in  
 prosperis consilia téperans, nec nisi  
 moderata suggerens, repellit impe-

*virtutes.*

A. 3 tus

6 THEMIS D E A,  
tus superbos. in aduersis fiduciam  
præbens, speim firmat, & victoriam  
pollicetur certam, quamvis aliquā-  
do tardam ac difficilem, eo tamen  
magis securam ac gloriosam. Quis  
igitur non lætus hanc adueniam ex-  
cipiat? non curiosè obseruet veræ so-  
lidæque felicitatis largitricē deam?  
Tamblichus  
& Metopius  
Pythagori-  
cus Meta-  
pontius.

— *Scire id quod quæque habeat res.*

— *Scire hominirectum, utile, quid sit ho-  
nestum.*

*Quæ bona, quæ mala, quid sit inutile,  
turpe, in honestum.*

*Honestum esse atque inimicum hominum  
morumque malorum.*

*Contrà defensorem hominum morum-  
que bonorum.*

victoria Æt  
Tegea apud  
Athenienses. Iam verò si Atheniensis ille populus  
Victoriam dubiam, leue, & incon-  
stan-

stantem deam (quam idcirco Homer  
rus ἐπεραλέειν, ή ἀμφίεισον ρίνην appellat)  
alis sollicitè spoliarunt, & implumē  
colere, Pausania teste, voluerunt; ne  
scilicet ab ipsis auolaret, quam ni-  
hilominus sæpenumerò perdiderūt:

Si Spartani Martem barbarum, ho-  
mīcidam, pernitosum, & sanguina-  
rium dæmona catenis vinclum sibi  
retinere voluerunt, ut belli principē

Mars βροτός  
χλόν οὐδέ  
άινοζαγενς  
dictus Hor-  
mero & Or-  
pheo.

Deum præsentem semper haberent,  
qui imperium, virbem, Spartanumq;  
nomen omne pessum tandem de-  
dit: quantò magis tibi gratulandū,  
patrone amplissime, cuius rebus hoc  
salutare imprimis numen adesse cu-  
piens, ac tanquam permansurum  
Termini personam, ne Ioui quidem  
cedentis, accipiens diuino atque in-  
uisibili gressu νῷ ἀχέιρον vltro oc-  
currit? Qua forma Romæ primūm  
Themidis simulachrum vidi in Pa-

Themis ter-  
minalis.

A 4 rō

rio marmore exsculptum apud Illu-  
strissimum virum Cardinalem Ro-  
dolfum Pium Carpentem, quod  
postea delineatum accurate ad An-  
tonium tuum Morillonum in Bel-  
gicam misi. In cuius quidem homi-  
nis nobiscum & studiis iisdem, &  
amicitiæ vetustate quondam con-  
iunctissimi, ob eximias ipsius dotes  
*Antonij  
Morilloni in  
genium  
dotes.* mentionem lubenter incido magna  
namque in eo vis ingenij erat, qua  
picturam sculpturamque difficiles  
alioquin artes puer sua sponte, atque  
cavetodidantos ad excellentiam usque  
perceperat. Magnum adolesceti op-  
timarum disciplinarum studium, tu  
diuina quedam rerum & verborum  
memoria, quam ipse met arte qua-  
dam (cum omnia quæ à puero lege-  
rat sibi deinde profutura, succinctè  
ordinatèq; in classes seu locos quo-  
dam cōmunes digessisset) ita firma-  
rat,

rat, ut de quauis re diffici et obscu-  
ra copiose & prompte eruditeque  
commentari ac differere posset. Ora-  
tionem verò eius ornabat summa di-  
cendi facilitas, atque grata quædam  
oris facūdia; qua cùm de rebus phi-  
losophiæ reconditis ac abstrusis lo-  
queretur, omnes in sui admirationē  
rapiebat. Denique consuetudinem  
familiaritatemque illius rara quædā  
comitas mirè dulcem atque suauem  
faciebat: neque hoc mirum; occur-  
rebat enim inox animus ab omni  
fastu atque ambitione alienus, eni-  
tebatqne confessim candor in eo ex-  
imius; atque si quam amplexabatur  
amicitiam, in ea colenda fidum ac  
sincerum pectus apparebat. Cum  
hoc autem adolescēti mihi primūm  
litterario in tirocinio Louanij quæ-  
dam cōtracta fuerat amicitia, quam  
Rōmæ deinde, cùm bona nos quæ-

A 5 dam

dam fortuna iunxit et ante annos ab  
hinc plus minus octodecim, in tan-  
tum adauxit studiorum similitudi-  
ne ingeniique consensu crebrior illa  
consuetudo, arctiorque familiaritas,  
ut rari dies interuenerint biennio fe-  
rè integro, quo Romæ māsit, quibus  
litterariæ societatis causa non vna  
essemus. Molestior itaq; nobis vtrif-  
que fuit discessus ac separatio, cùm  
ille in Germaniam à te reuocatus, vr-  
bem nosque relinquere cogeretur.  
At quæ corpora tunc sciunxit fortu-  
næ inuidia, animorum illud vincu-  
lum soluere tamen non potuit. Nam  
æquè validū semper permanxit, im-  
mo cum suauissimæ consuetudinis  
peractæ memoria & desiderio for-  
tiùs hoc cōstrinxit frequens littera-  
rum vicissitudo, cùm ego de com-  
munibus studiis multa s̄epe moue-  
rem, atque ipse diligenter usque de  
omni-

SE V DE LE GE DIVINA. II  
omnibus responderet. Quamuis igitur gratissima illa familiaritate eius ac conuersatione prima frui mihi deinde nunquam contigerit (nam illud immortalitate dignum ingenium illæ animi suminæ dotes Antonij nostri præpropero fato extinctæ liberalibus studiis nobisque cū ipso sunt ereptæ, non admodum diu post meum ex Italia in Belgicam reditum, anno ab hinc ferè decimo) memoria tamē tanti amici mihi perennis erit, quamdiu virtutem literasque sum amaturus. Quæ quidem faciunt, ut lubenter admodum veteres eius de studiis nostris sermones animo repetam, quia hac ratione mihi videor molestias ex eius desiderio conceptas, usque animo inhærentes, non nihil alleuare. In præsentiarum igitur de Themide dea facturus verba, ipsum in partē sermonis

nis vocabo, atque aliâs sæpen numero  
de rebus difficultibus differente obla-  
ta occasione inducam, ut amico gra-  
tiam, et si illius ingenio meritisque  
nequaquam paré, at pro nostra be-  
nevolentia sinceram, certè debitam  
referamus. Sed antequam ipsum lo-  
quentem producam in medium, à te  
patrone optime, cui dotes Antonij  
tui probè cognitæ sunt, impetratam  
veniam cupio, si minus acuminis elo-  
quentiæque illius hæc mea respon-  
derint, & si qua ἀποστολή πάντως à me  
effusa senseris: ab aliis verò quibus  
ingenium illius minimè perspectum  
fuit, & hæc forsitan manus sument,  
omnino postulamus, quod M. Cice-  
ro L. Crassi oratoris suo sæculo præ-  
statiissimi personā scriptis inductu-  
rus petiit: Ut scilicet maius quid-  
dam semper de Antonio Morillono  
suspicetur opinetur, quām quan-  
tum

*Epilogus  
cum obtestatione.*

*De oratore  
lib. III.*

tum à nobis hic alibiue dicetur vel  
exprimetur. Verùm de his nunc satis  
multa. Quare ipsius iam verba de Transgresio  
ad argumenta  
tum  
Themide tua referemus, cùm prius  
dixero, quām bella & tépestiuia oc-  
casio nos ad disputationē hanc per-  
duxerit.

CVM ANTE ANNOS ALIQVOT Occasio dia-  
logi.  
Romæ kalendis Ianuariis Pontificiū  
in Vaticano sacrum, ad quod omnis  
Cardinalium Episcoporumque cœ-  
tus ac ferè totius Christiani orbis  
Principum legati conuenerant, ac-  
cessisse: solēnes illas (quæ tunc bo-  
ni ominis causa fieri solent) saluta-  
tiones attentiūs cōsiderans, ut quaf-  
dam gratas, sinceras, & iucundas;  
sic plurimas rursum ineptas, fuca-  
tas, & frigidas esse vidi. Et quò ma-  
gis ambitiosè solicitéque biren-  
tur, eo

eo molestiores importuniioresq; ac-  
cidere, non sine risu animaduerti.  
Apparuit proximus mihi subitò à  
dextris meus Morillonus, quem co-  
die non videram, atque tum oportu-  
nè cum clarissimo viro Didaco  
Hurtado de Mendoza, Cæsareo le-  
gato aduenerat. Nec mora, quin sa-  
lutem felicibus verbis inuicem, ut  
mos est amicorum, precati, è turba  
discederemus. **I N T E R I M** quām  
primūm ille, *Quid ridebas, inquit,*  
*Pighi, cùm te accederem?* **M O L E-**  
**S T A**, inquam, atq; importuna am-  
bitiosorum istorum studia, quę cùm  
infeliciter pluribus euenire viderē,  
te conspecto, omnino probare illud  
Plautinum incœpi:

*Nihil homini amico est oportuno amicius;*  
quemadmodum tu mihi. *T v m ille*  
suo more renidens, An ne te pudet  
Democrite h̄ic curis hominum illu-  
dere?

dere? Eia, inquam, nunc Bithus contra Bacchiū: alto tu quidē risisses catchynno si prius adfuisses, qui iisdē, ut aiunt, cāpis lubenter vesci soles. Sciscitantibus deinde nobis, si quid fortè noui è Germania haberetur in ædibus legati Mendozæ, in cuius tunc erat ipse familia atque ædibus hospitio exceptus. R E S P O N D I T , nihil aliud ferre postremas litteras, quām ab exercitu Cāsareo Magdeburgum arcta admodum obsidione cingi, deditioñisq; conditiones eam urbem offerre. S E D omitte, quāso, ista, inquit, quæ nec ipse percunctari, nec audire magnopere curo: quāro à te potius, ecquid hisce noui anni kalendis antiqui nobis adfers, nuper in lucem eruti, quod magis intelligere lubet, quām quid per terrarum orbem moliantur principes.  
T V M ego: Et ista à te rogare volebā,  
quem

quem scio omnigenæ antiquitatis  
monumentis me multò instructio-  
rem esse, & inter præcipuos versari  
quotidie, quorum cura hæc inda-  
gantur. Attamen, ne nihil adferre  
*Antonius*  
*Augustinus*  
videar, intellexi hodie ab Antonio  
Augustino, quem hisce solennibus  
& feriatis diebus officij caufa acce-  
*Rodolhus*  
*Pius Car-*  
*pensis Cary-*  
*dinalis.*  
dere nonnunquam soleo, Rodol-  
fum Pium Cardinalem Carpensem  
nuper dono, à nescio quibus amicis,  
accepisse pulcherrimum muliebris  
formæ Terminū marmoreum, quē  
Veneris esse nonnulli coniiciunt,  
propter tres imagunculas, quæ deam  
consertis manibus circundant, quas  
Gratias autumant. Sed dubitat Au-  
gustinus admodum, quòd non nu-  
das, sed stolatas videri dicant, atque  
alio quām Gratiæ solent, ordine  
dispositas. A D hæc ita mox ille.  
De Venere Terminali quicquam me  
lege-

legere profectò non memini , cupe-  
rem itaque videre simulachrum il-  
lud, atque eam maximè ob causam  
cras ibo salutatum Cardinalem , cū  
quo mihi propter hæc studia , qui-  
bus admodum ille delectatur, fami-  
iliaritas satis magna est. IDEM &  
Augustinus animo statuit, inquam:  
Sed eum cum Cardinale vidi collo-  
quentem,cūm simul ædem intrarét  
sacram. Vnde coniecturam capio ,  
quòd cæremoniis in templo finitis,  
ipse Cardinalem,cum officij,tum vi-  
dendæ huius statuæ gratia , sit do-  
mum deducturus. Quin igitur huic  
obuiam imus occasione? & ad ædes  
Cardinalis præcedentes, redeuntem  
exspectamus. Non deerit spero salu-  
tandi , atque simul signum hoc vi-  
dendi oportunitas , maximè si Au-  
gustinus adfuerit. R E C T E sua-  
des, mi Pighi, respondit Antonius,

B atque

atque omnino eundum censeo. Cardinalem namque spero qua est humanitate, quamprimum nos videbit, vltro de hac re verba facturum. Lubenter enim monstrat studiosis omnia quæ habet (habet autem plurima atque insignia antiquitatis monumenta) mutuoque dat etiam alacriter. Quin etiam s̄penumerò sua sponte me solet inuitare, quando quid non antea visum nactus est. FINITO igitur sacrificio confessim è Vaticano descendentes per pontem Aelium recta in Campum Martium ad ædes Cardinalis properamus, ibidemque in propylæo deambulamus, donec ex strepitu eorum aduenire Cardinalem intelligimus. Obuiam igitur procedentes ipsum Antonio, vt diuinaram, Augustino comitatum reuerenter, vt decebat, felicem anni noui cur-

cursum optantes salutamus. Et ille, Oportunè, inquit, ades Morillonii cum tuo Pighio. iam enim concilio, te non ob aliam quam Augustinum causam aduenisse, nempe ut Terminum videres meum, qui mihi nuper est dono datus. Rarò alioquin tui copiam nobis faceres, nisi quid simile te eliceret; Augustinum verò negotia aliquando impellunt, ut veniat, aliquando etiam idem ille studiorum amor, qui te tenet, nostri memorem facit. Sed nihil nunc ostendam ante prandium; iamdudum enim nos expectant Oeconomus & structor, eduliaque moram non pati diuturniorem clamitant. Atqui non immerito gemmis Indicis chariores aestimare possum, qualescunque conservo & colligo antiquitatis reliquias, quarum ob causam ipse aliquo sum in precio, atque ambior à

B 2 VO-

vobis aliisque eruditis: & meæ insuper ædes hortusque in Esquilino à studiosis artium ingenuarum plerunque frequentantur.

Rodolfi Car-  
dinalis lau-  
des.

TVM Augustinus. Non ob hæc tantum, Rodolfe Cardinalis illustrissime, te colendum obseruandumque iudicamus, sed imprimis ob heroicas illas animi virtutes, quibus amplissimum hoc ordinis tui fastigium adornas, & ob dignam homine nobili raraque tuam doctrinam, vt alias omittam dotes inæstimabiles, quas hic modestia tua recenseri non pateretur. Ob hoc verò quod omnigenæ antiquitatis reliquias historia varia plena diligent cura, & magno impendo rei litterariæ & artium bonarum in gratiam è tenebris extractas collgis, restauras, & cōseruas, doctisque hominibus benignè communicas; immortales profectò deberi tibi

gra-

gratias ab omnibus , qui ingenuis  
studiis fauent & delectantur , nemo  
non fatebitur , cui sensus virtutum  
inest aliquis. HAE C ferè dum in  
atrium itur , vbi cùm se Cardinalis  
toga illa sui ordinis purpurea exuif-  
set , Augustinum manu prehensum  
ducens , nos sequi iubet in cœnatio-  
nem proximam , in qua repperit &  
alios conuiuas exspectantes , men-  
samque instructam. Itaque confe-  
stim lotis manibus , conuiuioque fa-  
cias verbis benedicto , Augustinum  
applicans lateri suo , cōfedit , nosque  
simul accumbere iussit. Sed , vt ad  
rem nostram veniamus ; finito dein  
de hilariter prandio , dimissisque ce-  
teris cōuiuis , in interius cubiculum  
à Cardinale ducimur , qui accersito  
Martino suo elegantis ingenij iuue-  
ne , provinciali nostro (qui tum erat  
ex Atriensibus illius) mandat , vti si-

B 3 gnum

gnū ex Musæo depromat. Adfertur,  
atque in tabula statuitur, vt commo-  
dè conspicī possit. Accedimus, dili-  
gentiusque contemplamur. Erat au-  
tem terminus sesquipedali ferè alti-  
tudine ex Pario marmore artifice  
manu sculptus. Eius caput muliebri  
decora atque honesta facie, crinibus  
à fronte & occipitio vitta in nodum  
collectis, ita tamen ut duo longiores  
cincinni aptè per humeros deflue-  
rent. Reliquum corpus iusta propor-  
tione quadratum, æquilateram, ut  
termini solent, columnam paribus  
angulis efficit: quam tres semiplanæ  
imagunculæ puellares eiusdem habi-  
tus, & staturæ in imo coronat, ita ut  
prima dextrum latus tegat, altera me-  
dium frontispicium, tertia sinistrum.  
Et hæc quidem tali erat forma, quali  
totum opus hic delineatum posui.


Quod

Simulachri  
Themidis de-  
scriptio.

Genua

B 3

ΘΕΜIS · CARMENTA



DICE  
B 4

Quod dum diligenter omnes consideramus , Cardinalis , dispositis ante focum sellis , consideremus nos cum iussisset , ita est exorsus . Venerabilis Antonij , qui nunc duo adestis , aueo utriusque vestrum de signo hoc opiniones intelligere , quod iam multis antiquitatibus peritis , ingeniosisque hominibus ostendi . Quorum nonnullis Venus cum Gratiis tribus esse videtur ; rationes tamen quas habent attulerunt , mihi quidem nondum satisfaciunt . Nam quod indicari volunt , cupiditate in termino finibusque suis coercendam esse , ad Ethicam magis quam ad Theologiam illam veterem spectat , atque interim de Gratiis nihil digni adducunt . Tu quæso , mi Augustine , dicas primum , qui his doctis antiquorum symbolis argumentisque mirificè delectari soles : An tibi haec Venus ,

an

an quicquam de eius' Termino apud veteres, quos plurimos te diligenter peruoluisse scio, legeris. T v m ille; Nihil quidem expressè me legere memini, vt neque de Gratiarum hoc habitu atque positura: plurima ta-  
men in similibus antiquorum reli-  
quiis reperiri non diffiteor, de qui-  
bus maiorum scripta, quæ ad nostra peruerunt tempora, memoriae ni-  
hil prodiderunt: vel quia hæc ad-  
modum tunc vulgata, atque omni-  
bus nota fuerunt; vel quia etiam nō  
pauca ad veteris Theologiæ ipsius  
normam communem in tanta reli-  
gionis libertate minimè facta appa-  
rent: Sed pro cuiusque opinione at-  
que intellectu efficta vel variata,  
quæ vix ipse magnus Apollo nunc  
nobis declararet, vixque Oedipus  
solueret. Hic tamē Terminus, cuius-  
cunque sit ille numinis, ab ipso flo-

*Cur tā mul-  
ta in anti-  
quis symbo-  
lis obscura  
sint.*

*Termini pre-  
sentis simu-  
lachrum qua-  
le sit.*

B 5 ren-

rentis æui sæculo reliquus, magni  
auctoris instar nobis esse poterit,  
quamuis talem non descripsérit in  
Imaginibus suis Philostratus Lem-  
nius, nec Pausanias, Plinius, aliiue,  
qui de veterum statuis scripserunt,  
eius mentionem fortè fecerint. Non  
enim sine Theologica ratione com-  
positū puto, cùm sine parergis, sim-  
plex, apertus, atque ad eam rem dū-  
taxat demonstrādam effectus videa-  
tur, cuius causa factus est. Attamen  
hoc tempore mihi difficile foret ip-  
sum declarare, eiusque significata  
expromere, qui similem nunquam  
viderim. Onerosum insuper hoc iu-  
dicandi munus, cui iam annis ali-  
quot, vt scitis, astringor, litesque  
illæ forenses, quæ vix me respirare  
sinunt, felices has Musas animum  
excolentes à me prorsus auerterunt?  
quas tamen obseruare & colere di-  
ligen-

*Antonius  
Augustinus  
et virilium  
judicand.*

ligentissimè soleo. At illæ , proh dolor , me tanquam profanum vel proscriptum fugiunt : adeo ut nisi rarissimè & quidem procul has videre mihi contingat , etsi non minus quam antea earundem amore teneat. Morillonus itaque hic noster erit appellandus , si quid de his intelligere velimus , qui penè solus nunc eas hic possidet , apud quem esse volunt , quem exornant , euehuntque non immerito cum studiosissimè abeo colantur: ut qui earū amore percitus ab extremis Galliarum finibus huc se contulerit . Age mi Morillone , hanc rem nobis expediās , tu enim facile poteris ex Camœnarum tibi fauentium respōso , simulachri huius mysteria aperire : Nam forsan ex earum & hæ sunt confortio , quas Termino adiunctas videntur. Musas enim , ut nouisti , pri-

SEP

*Musee pri-  
mum tres.* primas vetustissimorum plerique  
tres tantum fuisse putarunt; atque  
hoc Ephorū in primis scribere, Eu-  
meliumq; poëtā Corinthium, te-  
stantur commentator Hesiodi Ioan-  
nes Tzetzes, & Arnobius in Apolo-  
gia cōtra Gētes. EX C E P I T mox  
orationem Augustini Cardinalis,  
Morillonumq; insuper adhortari  
cœpit, vt quæ de hoc signo sentiret,  
ipse in mediū proferret. AT ille se  
primūm vehemēter excusare, testa-  
riq; nihil prorsus auditorio tanto  
dignum, ad quod ipse cum magno  
discendi desiderio venisset, adferre  
se posse: Alij instare vehementer,  
perurgereq; donec tandem Car-  
dinalis auctoritate compulsus:

ADM O D V M, inquit, me conturbat  
exspectatio vestra tā certa, tā firma,  
quæ vereor, ne vos ipsos primūm  
fallat. Nam boui, vt aiunt, clitellas,

quæ

*Morilloni  
modestia.*

quæ quia gerendæ sunt, minùs sanè laboro, quām rectè cōueniant, quāque ea , quæ vestro iussus imperio malè instrūctus adfero , valde probentur. Dicam enim ea tantùm quæ reimerè occurrent:nec ea, in quibus à vobis aliisqué me doctioribus non malim vinci quām vincere. H AEC præfatus, signum ipsum manibus e-  
levatum aliquantò diligentius in-  
tuetur, atque ita differere incipit.

T H E M I D I S illius primæ uę omni-  
no atque antiquissimæ , mihi esse  
hoc simulachrū videtur, quam Cæ-  
li Tellurisq; filiam , Iouisq; secun-  
dam coniugem fuisse, Græci fabu-  
lantur: deprehēsam enim cùm Iouis  
nuptias fugeret, apud Ichnas Mace-  
doniæ , ductamq; eidem Ioui pri-  
mū pепerisse tres filias; quarum  
nomina sunt, Eunomia , Dice , &  
Irene. T v m Cardinalis. Rectè tu  
quidem

*Themidis fa-  
bula.*

*Themidis  
tres filie ex  
Ione.*

quidem hæc, quemadmodum me-  
mini Hesiodum in Theogonia scri-  
bere, post primam vxorem Metin  
*Themis se-  
cunda Iossis  
pxor.* à Ioue secundam Themida ductam  
esse.

Δέυτερον (inquit) μάγετο λιπαρὸν θέμιν,  
η τένεν ὁραῖς

Εὐομίλωτε, δίκαιωτε, οὐ εἰρήνεις τεθαλόμεν.

Quæ sic Latinè sonant :

*Sedula quæ duæta est Themis altera  
protulit horas,  
Eunomiamque, Dicenque, Irenen atque  
virentem.*

A D hæc Morillonus. Multò e-  
tiam ante Hesiodum hæc vetustissi-  
mum poëtam Orpheus scripsisse  
constat, qui Horas item Themidis  
Iouisq; regis filias esse cecinit. Nam  
*Orpheus  
antiquissi-  
mus poeta  
quo tempore  
fuerit.* is auctor ætatibus aliquot (ut quidā  
volunt) ante bellum Troianum vi-  
xit: immò vt Eusebius in Chronico  
&

& Suidas tradunt, non vsque adeo  
diu post Mosen, iudicum Hebræo-  
rum tempore : vir sapientia qua-  
dam diuina, quisquis ille fuit, sub-  
limique supra humanū ingenio præ-  
stantissimus, cuius hymnos quosdā  
de diis adhuc habemus superstites  
arcanis mysteriis refertissimos. Apud  
Suidam verò vos legisse puto, quæ  
de summo Deo mundi fabricato-  
re, ac lumine supremo omnia com-  
pletente atque illustrante, tum de  
humani generis conditione sentit  
Mosaicæ Theologiæ haud incon-  
gruētia. Quinimmo Iustinus philo-  
sophus & martyr in Ægyptum Or-  
pheus religionis ac sapientiæ adipif-  
cendæ causa profectum memorat  
in Parænetico ad Græcos, atque  
ibidem ab Hebræis vnius veri dei  
pietatem & cultum didicisse, atque  
tum recantasse, quæ πολυθρόνα  
priùs

*Orpheus He  
braicam sci-  
uisse Theolo-  
giam.*

prius cecinisset: eiusque de hac re  
quosdam versus in medium ad Mu-

*Moses Mu-  
seus à Grecis  
quibusdam  
appellatus.*

sæcum filium (quem Mosen Græco-  
rum tamen quidam fuisse existimat)  
scriptos veræ religionis lucem quan-  
dam præferentes: quos eosdem &  
Cyrillus Alexandrinus contra Iu-  
lianum Cæsarem, & Aristobulus Iu-  
dæus in eo quem ad Ptolemæum  
scripsit, commemorat. Ex Hebraicæ  
igitur Theologiæ limpidissimo fon-  
te videtur Orpheus pleraque sua ha-  
sisse, variisque fabulis inuoluta pro-  
mulgassem posteris: quæ etiamnum  
velut puræ quædam guttulæ, riuuli-  
que clariores, in turbulentissimo il-  
lo prophanae Theologiæ fluento  
intercurrentes nonnunquam appa-

*Vnde religio  
num tanta  
diuersitas a-  
pud veteres.*

rent diligenter aduententibus. Nam  
Orphica illa Theologia, variis mul-  
tarum regionum populis infusa, sen-  
sim propagata est; in qua tamen pro-  
tempo-

temporum locorumque mutatione  
ac legislatorū libero iudicio, qui res-  
publicas nunquam sine religionis  
aliquo fundamēto instituerunt, plu-  
rima frequenter sunt variata, immo  
contaminata. Horum enim consue-  
tudo fuit, auctoritatem nouorum  
institutorum accepto ac noto alicui  
numini attribuere: veterem verò re-  
ligionem pro temporum statu im-  
mutare, atque non tam pietati anti-  
quæ, quam usui reipublicæ accōmo-  
dare. Hinc illa sacrorum rituum fa-  
bularumq; diuersitas, quam mirum  
in modū adauxit poëtica illa liber-  
tas, qua impunè licebat mortalibus  
ingenijs non solum inepta, ridicula  
& absurdā, verum etiam turpia, in-  
digna atque impia de dijs confinge-  
re. Adeò ut ab Orphica illa prima  
puritate plurimum degenerarit Grę-  
corum Theologia, ut quæ prorsus nō  
sunt sibi

*Legislatorū  
mos vetustus  
in instituē-  
da rep.*

fibi similis stolida opinionum collu-  
cie contaminata appareat. Hesiodus

*Quinam au-*  
*etores Or-*  
*phica sequan-*  
*tur.*

tamen, atq; Homerus alijq; poëtarū  
vetustissimi Orphica imprimis ob-  
seruarunt, quemadmodum non solū

demonstrant eadem deorum nomi-  
na & genealogiæ: sed etiam pluri-  
mæ de rerum principijs fabulæ, si  
non verbis omnino, at significatio-  
ne Orphei hymnis cōuenientes. Ab  
Orpheo igitur venire videntur, quæ  
Hesiodus, Pindarus, Lycophrō, Dio-  
dorus Siculus, Pausanias, Apollo-  
dorus Atheniensis in bibliotheca,  
Hyginus in fabulis, alijq; posteriores  
de Themide & Horis memorię pro-  
diderunt. Quorum auctorum dicta  
non huc congerain; vobis enim nota  
esse existimo, & mihi ad commemo-  
randū nunc mīminē necessaria: quā-  
doquidem pro disputationis cursu  
probandi causa suis locis sparsim ea  
adducere

adducere, & inter se conciliare fortasse cogemur. APPROBO tuum  
 (inquit Augustinus) consilium; Ter-  
 minum ipsum igitur aggredere: im-  
 primis autem exspectamus, cur hac  
 forma Themidem nobis exprimere,  
 quidq; per eā significare voluerit an-  
 tiquitas. Scio mi Morillone pro tuo  
 singulari ingenio atque eruditione,  
 eximiāq; memoria disputationem te  
 doctam non solū; sed & variam, iu-  
 cundam, pulchramq; nobis introdu-  
 ēturum esse. TUM ille. Evidem  
 scio me rem arduam difficilemque  
 aggredi, quæ iuris diuini humaniq;  
 fundamenta; immò ipsius naturæ,  
 omnisque philosophiæ principia in  
 se complectitur. Cūm philosophiam  
 hic dico; non ex Solonis, atque Hyp-  
 piæ sophistæ sententia polymathi-  
 am, vel omnium artium cupidita-  
 tē peritiāmve intelligo: sed eā dico,

*Philosophia  
quid.*

C 2 cuius

Eius duo officia.  
cuius duo esse officia , nos Plato in Amatoribus docet , nosse scilicet diuina, & gubernare humana : Magnum & minimè opus humanum vtrunque, ne dum nostris par humeris onus, quod à me vel ferri, vel exponi in medium rectè possit. Quapropter admodum te rogatum cupio, mi Augustine , vti mecum prouideas, ne in tam vberis materię amplissimo campo latius euagemur , nosue perdamus: immo Terminum termino etiam angustiore concludamus. Admonet enim id deę signum, yltra quam fas est , diuinitatis conditionem inquirere non permisum esse demonstrans.

*Cur termini  
forma The-  
mis, prima  
ratio.*  
AGE, inquit Cardinalis , magna ex parte aperire cœpisti , quid Terminus hic noster velit: docet enim, vt videtur, certos fines à Deo omnipotenti propositos esse , quos etiam numinum inferiorum

rum potentij egredi non datum est:  
 tanto magis nos tale quid ut cone-  
 mur ingenij nostri confidentia, sa-  
 crosque terminos ut trāsgrediamur,  
 omnino nefas, temerarium, atque  
 impium fore. Neque hoc fugit saga-  
 cem illam antiquitatem, quæ nobis  
 complurium deorum Terminos id-  
 circo prodidit, varijsque fabellis vul-  
 gus à diuinitatis curiosa nimis in-  
 quisitione detergere voluit. Eò enim  
 spectant, quæ de Gygantum, Promé-  
 thei, Ixionis, Tantalique apud in-  
 feros pœnis legimus. Sed ne à Ter-  
 mino nostro & ipse discedam, iam  
 mente repeto, quæ olim de Themis-  
 de me apud Sex. Pompeium legere themida fas  
ac licitum in  
se complecti  
 memini: deam scilicet hanc esse,  
 quæ præcipiat hominibus id pete- „  
 re, quod fas est: eamque id esse exi- „  
 stimari, quod & fas est. Hæc qui- „  
 dem Pompeij verba non absurdum

C 3 viden-

videntur. Quid enim aliud apud  
Græcos θέμις quām fas , honestum,  
Cur ad The= midis simu= lachrum con- cionaturi se- derent. ac licitum significat? Atque ideo in-  
stitutum antiquitus , vt ad Themis-  
simulachrum concionaturi se-  
derent; quo dea hæc moneret , ho-  
nesta,iusta,& æqua esse debere , quæ  
dicere ac suadere quis publicè vel-  
let: Hinc Agoræam appellauit Ho-  
merus , & eius commentator Eustas-  
Quid discre- pet Themis & Iustitia.  
tius, Themis & Iustitiam deam can-  
dem esse putauit : alij verò Themis  
dicunt deorum esse: Iustitiam quam  
δίκη appellat, hominum. de qua re  
plura Phauorinus disputat : Nam  
Dice iudicat homines ; Themis ve-  
rò Iustitia est, quæ dij iudicant , quæ  
& ipsa hominum fora soluit. Itaque  
Plato de rep. libro secundo, multis  
Deum boni causam esse, non mali. afferens , Deum causam esse boni ,  
non mali , inuehitur in poëticas il-  
las Homeri aliorumque fabulas ,  
quibus

quibus stultè Iouem ex duobus sortium dolis bonorum atque malorum velut promum condumque faciunt, reprehensioneque dignum iudicat, si quis deorum controuersias, dissensiones & iudicia per Themis atque Iouem concitari, nō terminari dicat. T v m Morillonus. Bene quidem hæc, & eandem ob causam dicitur Themis deorum cogere concilium, quod in hoc nisi bona & iusta tractentur, numinūque inferiorum potestates huic deæ etiam subsint. Et pulchrè Plato idem De legibus xii. Themis inter iurisjurandi deos idcirco tertiam nominat post Iouem & Apollinem : timore diuino, veritate ipsa, ac æquitate summa sanciri debere iuramenta docens. In Ioue enim summi numinis potestatem falsi ac periurij vindicem, in Apolline veritatis lumen

*Arguitur à  
Platone fa-  
bula Home-  
rica de duo-  
bus sortium  
dolis.*

*Themis deo-  
rum cōcilium  
cogere cur  
dicatur.*

C 4 sua

MONCHI

40 . AMI THEMIS DEA,  
sua se sponte prodens, in Themide  
ius fas atque licitum esse intelligit.

*Themida le-*  
*gem diuinā*  
*esse*

Veterum de-  
finitiones le-  
gis diuinae  
seu naturalis

cam, ipsa lex æterna atque vniuers-  
salis, quam velut edictum perpe-  
tuum Deus mundo ac rerum naturę  
præscripsit. Hanc legem Cicero de  
rep. libro tertio definire volens, ra-  
tionem rectam naturæ congruen-  
tem appellauit, Chrysippus vim di-  
uinam in ratione positam, Zeno  
Stoicus vim quandam diuinam es-  
se censuit, recta imperantem pro-  
hibenteinque contraria; atque ali-  
bi rationem quandam vocat ad om-  
nium naturam rerum pertinentem,  
per astra atque elementa corporaꝝ;  
omnia se motu quodam certo & or-  
dinato diffundentem. Non igitur  
mali causa Themis, quatenus lex di-  
uina est. Atqui non nocebit altius  
diligentiusꝝ Deæ naturam condi-  
tionem-

tionemque scrutari. Ipsa enim licet  
 Termini forma hic sit conclusa, ex  
 feso tamen hoc habet, ut labore ac  
 studio perquiri inuestigarique velit.  
 Nec enim ipse Iupiter, quem animæ  
 mundi mentem esse intelligit Plato,  
 eam aliter assequi potuit: Nam ut  
 habent fabulae, fugientem Themis-  
 da latenterque persequendo de-  
 prehendit in locis, quibus pedum  
 eius impressa erat vestigia, vnde ipsa  
 Ichneæ, & locus *νατ' ίχνας*, id est, se-  
 cundum vestigia, est appellatus, op-  
 pidumque loco vicinum Ichneæ di-  
 ctum, velut Stephanus Grammati-  
 cus de viribus scribens ex Phileta &  
 Herodoto memoriae prodidit. Stra-  
 bo item Geographiae libro nono in  
 Phthiotica Thessaliæ plaga Phyllon  
 esse dicit, ibidemq; Phyllæi Apolli-  
 nis fanum & oraculum, atq; Ichnas,  
 quo in loco (inquit) & Ichneæ The-

*Iupiter mens  
 anime mun-  
 di Platoni-  
 cis.*

*Fabula de  
 Ioue & The-  
 mide expli-  
 catur*

*Cur Ichneæ  
 Themis di-  
 eta*

mis colitur. Quidnam igitur hæc aliud significant? quām studio vestigationeꝝ; nobis opus esse diligentia, vt ad rectæ veræꝝ; rationis cognitionem perueniamus? quæ non prima statim frōte imbecillo nostro ingenio occurrit. Idcirco & Themida Hesichius *iχνέμην* vult dici, ab *iχνάμαι* quod est *iχνοσκοπεῖν*, vel per vestigia scrutari. At Lycophron in Cassandra Ichnæam, vt alij, nominant, & Solis filiā esse dicit, cuius verba sunt hæc de Proteo iustissimo iudice:

*Κεῖνός σε γουνεὺς ὁστερ ἐργάτης δίκης,  
Τῆς Θ' ἡλίου θυγατρὸς *iχναίας* βραβεὺς  
Ἐπεσβολίσας λυγρὰ νοσφιεῖ γάμων.*

Quo loco commentator Ioannes Tzetzes Ichnæam vocari dicit, ab insequendo per vestigia & pedes Gygantum. Ioui enim bello Gyganteo viam ad hostes monstrasse Themis fingitur, eò quòd obscura & latitans

*Vestigia Gy-  
gantum de-  
textit Ioui  
Themis.*

titans peream iniquitas recta ratio-  
ne detegatur. Alij nutricē Iouis cum  
Amalthea nymphā Themīn faciūt,  
vt ex Orpheo Hyginus, quōd animę  
mundi mentem ipsam recte rationis  
lege subsistere ac vegetari Deus vo-  
luerit. Rationes insuper adfert Tzet-  
zes non ineptas cūm Solis filiā The-  
min esse dicat Lycophron: quōd vi-  
delicet Sol ipse nō solūm omnia vi-  
deat, audiatque; verūm etiam obser-  
uet, visitet, vegetet ac recenseat, ob-  
scura & occulta aperiat: quodque  
ipsa Themis in morem Solis splen-  
deat, seq; possidentes animos, quē-  
admodum Sol inferiora corpora, il-  
lustret. Mox Cardinalis, pulcher-  
rimum sanè hunc locum nō memini  
me vidisse. Adfer librum Martine,  
ut eum nobis prælegas. Allato libro  
Morillonus locum indicauit, quem  
Martinus ita legit: ἡ θέμις ἡ λίον θυγά-  
τηρ,

*Nutrix Ios-  
uis Themis.*

*Cur Solis fi-  
lia Themis.*

τηρ, διότι καὶ ἀυτὸς πάντας ἐφορᾷ, καὶ πάντων  
ἐπικούρει. οὐν ἵχναίσα; διὰ τὸ πατέρα ἵχνας, καὶ πατέρα  
πόδας τῶν γηγάντων ἐπεδαι, καὶ λάμπων δί-  
κην ἥλιου, καὶ διὰ τὸ λαμπτρύνειν τοὺς ἀυτὴν κεκ-  
τημένες, διότι εἰς γῆν ἀνεδόθησεν.

*Quid per so-  
lem intelli-  
gant Plato-  
nici.*

TVM rursus Morillonus: Non  
lucidum illud corpus cælestis diem  
nobis promens & condens; quod  
ferrum candens Anaxagoras, glebā  
auream Euripides appellarunt, com-  
mentator intelligit: sed secundum  
Platoneū, illud Ens, Bonumque in-  
comprehensibile Deum supremum  
mundi conditorem rectoremque.

*Brachmanni*

Quemadmodum & Brachmanno-  
rum philosophia Deum solem ac lu-  
men esse dicebat rationis, quo oc-  
cultæ mysteria sapientibus videtur,  
ut ait Origenes. Quin & antiquos  
nostræ religionis interpres frequé-  
tissimè Deum soli comparare con-  
stat. Nam Vnum, Bonum, ac lumen  
animi

*Solem Deo  
cur comparēt  
Christiani.*

animi Deus est, sicut & Sol vnuſ, à  
ſolitudine ſcilicet dictus, & lumen  
corpora omnia illuſtrans, & bonus,  
ut cognoscitur ex effectibus, experi-  
mento quotidiano, cum omnia ca-  
lore ſuo producat in vitam, nutriat  
& conſeruet. Quare nullum ſole ma-  
gis congruū Dei ipſius hieroglyphi-  
cum inter mundana corpora reperi-  
tur, de quo multa diligētissimè Dio-  
nysius Areopagita, & alij plures diſ-  
ſerunt, quæ breuitatis cauſa præter-  
eo. Quin immo & ſæpè ſacræ literæ  
Christum feruatorem noſtrum Dei  
ſummi filium, qui vnuſ idem cum  
patre eſt, cum imaginantur, Solem  
nominant fulgentem in terris, hoc  
eſt, in nobis, quos viſitat oriens ex  
alto, & illuminās in tenebris, atque  
in umbra mortis ſedētes, dirigensq;  
pedes noſtros in viā pacis. Sic etiam  
Eucherius interpretatur, quæ repro-  
bos

*Christus ſol  
fulgens in  
terrīs.*

- 1818 -

bos dicturos legimus apud Salomo-

*Sol iustitiae.* nem; ergo sol iustitiae non luxit no-

bis. Huius verò sacrosanctā legem,

qua nobis ut Deum supra omnia co-

lamus, diligamusque, proximūque

etiam inimicum non minùs, quam

nosmetipsoſ præſcribitur; quid ve-

tat, quæſo, noſtrām dicere Themis-

da? veræ pietatis ac iustitię basem ab

ipſo pōſitam velut Terminum vel

ſcopum, in quem cogitationes &

actus noſtros dirigamus, demon-

ſtrantem nobis illud animæ ſaluti-

ferum bonum, Dei quippe ſimilitu-

dinem, ut appellat Plato, quod Deo

ſummo bono nos vicinos collocat.

Ab hoc enim illud promanat, quē-

admodum lumen quoddam ab ipſo

luminis primi fonte deſfluens. An ne

igitur hēc Themis noſtra Christi ve-

ri Solis filia patrem ſuū referre, ſequē

poſſidentes illuſtrare videri poterit?

quan-

*Christianæ  
Themis lex  
Christi.*

quando hanc ipse nobis velut sui splendoris imaginé offerat, ad quam in mēte nostra ab ipso acceptam luminis scintillam foueamus excitemusq;. In eum quippe finem nobis hanc legem præscriptam, hunc Terminum scopumve ab illo positum nemo negabit, ex ijs quibus clarum illud vel à longinquo videre datum fuerit. Quod non omnibus datum, ut Homerus etiam affirmat:

*ὅν γὰρ πῶ πάντεος θεοὶ φέινονται ἐν αργεῖς.*

NON enim cuiuis, inquit, manifesta numina diuūm, sed ijs duntaxat quibus ipse Sol pater radiis suis interpositis hanc Themida suam ostendere voluerit. magnum profectò bonum, sed ad æternæ felicitatis fastigium assequendū (animæ summum illud bonum dico) nec dum pollens potensq; satis: nisi ipse Sol noster Christus nobis per tot tenebricosos

*christiane  
ritum ac di-  
uinam gratia-  
am nos beare*

bricosos tramites tendentibus suæ  
diuinæ gratiæ lucidissimam faciem  
assiduè præferat, viam ineffabili mi-  
sericordia sua non solum monstret;  
sed etiā cruce passionis suę per abru-  
pta imperuiaq; imbecillitati nostræ  
loca pontem præstruat, per quē im-  
mensę bonitatis suæ salutifera manu  
nos perducat. Hæc autem de nostra,  
id est, Christiana Themide apud vos  
iam satis. Redeo igitur ad poëtarum  
philosophicam, cuius signū præ ma-  
nibus est: quamq; Solis filiam Lyco-  
phron asserit esse, re ipsa nihil dissen-

*Themis Cæli  
ac Telluris  
filia secun-  
dū Orpheo.*

tiens ab Orpheo, qui ex Cælo &  
Tellure prognata ē fīgit, Deum ac  
naturæ vii secretam intelligens, cui  
à Deo hanc legem impositam con-  
stat, atque per eam rebus creatis om-  
nibus inductā. Nam Platonici quo-  
que summum Deum appellant Cæ-  
lum: quia sicut istud sublime corpus  
omnia

*Cur Platoni  
ei Cælo Deū  
summum cō-  
parent.*

omnia corpora regit & continet: sic  
 Deus omnes spiritus excedit, & gu-  
 bernat. Nec dissentunt Hesiodus,  
 Apollodorus & alij, qui Vranū deū  
 primum apud vetustissimos homi-  
 nes Atlantides iustitia & pietate ce-  
 leberrimos regnasse, & Deorum ge-  
 nus omne procreasse fabulantur, ve-  
 lut longa historia declarat Diodorus  
 Siculus libro IIII.bibliotheces rerū  
 antiquarum. Rem eandem apertè  
 nobis & pulchrè exponit Plato, vbi  
 de regno disputat, olim quippe au-  
 reo illo Saturni sèculo regem vnum  
 humani generis, quem Homerico  
 more pastorem nominat, fuisse Deū:  
 Atque ab hoc primo monarcha re-  
 rum omnium administrationem, se-  
 cundum vnam quandam generalē  
 regulam institutam esse. fieri enim  
 aliter non posse, vt tam vasta rerum  
 varietas, tam diuersæ gentes ad vnū

*Vranus deus  
antiquissi-  
mus apud  
Atlantides.*

*Aureo Sa-  
turni sèculo  
Deus vnu  
monarcha  
gem primam  
vniuersalem  
instituit.*

D omnium

omnium cōmūnemque finem per-  
ducantur, nisi ab vno, per vnā quan-  
dam legem communis boni causa  
lataī, qua mundus tāto sēculorum  
ambitu sit administratus. AT QE  
hic cūm Morillonus paullum respi-  
rando substitisset; Augustinus exce-  
pit. RECTA atque euidenti pror-  
sus ratione hæc probat Plato , quem

*Lex nō mun-  
do tantum  
vniuerso, sed  
rebus etiam  
singulis im-  
posita.*

memini item afferere, nō tantum ab  
initio hanc legem mundo vniuerso,  
sed rebus etiam singulis impositam:  
immò simul cum rationis lumine à  
Deo infundi hominū animis , velut  
rectissimum veri falsiq;, boni mali-  
que examen, secundum quod actio-  
nes vitae ad bonum dirigātur. A qua  
deinde lex scripta dicit originem, vt

*A lege diui-  
na lex scrip-  
ta promanat.*

in exordio libri legum testatur , do-  
cens non ab homine , sed ab ipso  
Deo leges habuisse initium , vt eti-  
am indicat in Protagora, cūm dicit,

Iouem

## SE V DE LE GE DIVINA. 51

Iouein per Mercurium, quem diuinæ rationis cuncta percurentis a-  
Mercurius  
quid Plate-  
nicis.

ctum intelligunt esse veteres, condi-  
 disse legem, qua iubeatur omnes ci-  
 uilitatis esse participes; hoc est tem-  
 perantiam & iustitiam colere: quæ  
 solæ virtutes ciuitatem formant ac  
 conseruāt, harumq; omnino exper-  
 tes eliminādos esse censet. Sed quā-  
 doquidē hanc Themida legem esse  
 illam primā diuinam Morillone pū-  
 tas, quam Orpheus peculiari hymno  
 nobis decantat, cur alio mascula Dei  
 persona νόμον & πάντον inuocans, etiam  
 hanc legem plurimis pulcherrimisq;  
 exornat epithetis? immortaliū mor-  
 taliumque regem castum appellans,  
 astrorū positorein, signaculum iustū  
 maris & terræ, atq; inflexible robur  
 naturæ, seditione carentem, semper  
 legibus obseruatum, quibus ipse su-  
 pergreditur magnū cælum ferens &

Nomus P̄ræ-  
nus deus a-  
pud Orpheū.

Legis diuinæ  
epitheta &  
proprietates.

D 2 ini-

iniquam inuidiam sibilo ingenti explodens. Quiq; mortalibus vitæ finem bonum excitat: ipse enim solus, inquit, viuentium gubernaculū firmat, sententijs rectissimis agens, immutabilis semper: priscus, & multæ experientiæ, innocēter omnibus iustis cohabitans, iniustis ferens perniciem grauē. Quibus profectò verbis præclaras legis diuinę virtutes nobis exprimit Orpheus, atq; ita in cælum euehit, vt Arnobio teste, Zeno Cittieus Deū ipsum hanc putauerit, & simul æthera, quam Themida tu esse dicis, atq; Orpheus etiam Nomum cælestem appellat. R E S P O N D I T illico Morillonus. Et hæc quidē difficultas me quoque aliquandiu perplexum tenuit: Sed vbi animaduerterem Lunum Deū antiquos vocaf-  
Zenonis sententia de lege divina.  
Lunus deus, et Luna dea. se, & eandem Lunā Deam, maremq; & feminam diuerso tamē respectu ab

ab Orpheo & Ægyptijs existimatam,  
 Veneremq; biforme in appellare Iul.  
 Firmicum, atque Platonicos insuper  
 obseruasse nomina Deorum masculi-  
 na significare in diuinis actum effi-  
 cientē: feminina verò virtutem ip-  
 sam ac potentiam capientem numi-  
 nis. Et rursus nomina, quę in diuinis  
 significat statum, referri ad numinis  
 substantiam: quæ verò motū, ad eius  
 actionē applicari: mox est exemptus  
 ille mihi scrupulus. Nam lex diuina  
 Themis à positione, vt mox dicam,  
 nuncupata femininè, substantiā &  
 potentiam capacem propriè signat,  
 qua vim diuinam in se recipit: Eadē  
 cùm ῥόμος dicitur, παρὰ τὸ νέμειν, à di-  
 stribuēdo: masculo nomine eius ef-  
 ficientia atque operatio in inferiora  
 corpora notatur. Et quamvis poëti-  
 ca illa libertas veterum istas differē-  
 tias nō tam religiosè obseruet, apud

*Venus bifor  
mis.*

*Nomina de-  
orum mascu-  
lina quid si-  
gnat, et quid  
feminina.*

D 3    Orphe-

Orpheum ramen has diuersas eiusdē  
numinis naturas ac proprietates v-  
trunque hymnū diligenter perpen-  
dentes haud difficulter perspiciunt.  
Pulcherrimas enim legis cælestis &  
diuinæ virtutes , quibus totum hoc  
vniuersum administratur , abunde  
nobis expressit Augustinus ex Nomi  
hymno: in Themidis autem cogno-  
scimus varijs epithetis potentiam &  
perfectionē legis , quam à Deo lato-  
re accepit, cùm ex eadē honores bea-  
torum, atque religionis vaticinij que  
mysteria pura prouenire canat , Cæ-  
li, hoc est Dei, castam filiam vocans,  
atque Telluris , seu primæ materiæ,  
nouūgerimen: dicensq; bonis paren-  
tibus ortam, beatam, præclaram, au-  
gustum, atq; hominibus honoratam  
esse, gaudereq; dulci & læto cōsilio.

Hanc igitur Themida, ex qua leges  
omnes bonæ promanant, à summo

Deo

*Legis diuina  
perfec̄tio.*

*Lex diuina à  
summo Deo  
prescripta.*

adq; O

Deo prognatā constat, siue hunc Solēm appellare voluerit poëtica libertas, quod vnuſ ſit; ſiue Vranum, eo quod omnia videat, finiat, & cufodiāt, ſiue Aethera, ἡ Θεὸν, ἡ ἡλιον, à mo-  
tu quo omnia creauit priuīmū, creatu-  
que iam gubernat. Zeno quidē Stoicuſ, vt Auguſtinuſ paulò antè ex Arnobio, & etiam apud Ciceronem li-  
bro de natura Deorum primo legi-  
muſ, Deum Aethera nominauit. Et amplius Orpheus poëta diuinuſ in-  
comprehensibilem quendā & om-  
niuſ ſupremū, ac natu maiore, om-  
niuſq; opificem hunc ſupremū di-  
xit Aethera, ac Tellurem inuifibilem  
vocauit. Vnde Hyginum existimo Themis Ae-  
Themida filiā Aetheris dixiſſe: quod theris filia.  
nomen exponunt Plato & Aristote-  
les, quaſi ἀεὶ θέηρ quoniā ſemper cur-  
rat moueatūrq;. A qua motu natura  
τὸν Θεὸν quoq; volūt appellari, καὶ ἡλιον Dei & Solis  
etymologie.

D 4 ex

ex eo quod *αἰσι ἐλεῖ* id est semper re-  
uoluatur. Nam, ut ibidem Plato tra-  
dit in Cratylo, cùm prisci illi Céum,  
Solem , Lunam , Stellas , Ignem ,  
aërem, aquam, terram , & quæ ex his  
generātur, in perpetuo esse motu vi-  
derent, atq; per hunc maximè cōser-  
uari: deos etiam ipsos creatarum re-  
rum numina ac potestates eiusdē es-  
se naturæ putarunt; omnesq; *θεοὺς*,  
hoc est, cursores, appellandos, moto-  
riq; omnium supremo ab eodem ef-  
fectu nomen dandū esse censuerunt;  
non secus ac alia etiam nomina huic  
à diuersis operationibus proprietati-  
busq; attributa cognoscimus. Ita-  
que & deorum antiquissimū & sum-  
mum Atlantides, aliique vetustiores  
in orbe populi Vranum appellarunt  
*παρὰ τὸ ὄρῳ*, τὸ *βλέπω*, quod omnia  
Deus consideret ac videat; *η παρὰ τὸ*  
*ὄυρῳ*, τὸ *φυλάττω*, quod omnia custo-  
diat,

*Cur ad mo-*  
*tum nomina*  
*referantur*  
*diuina.*

*Vranus unde*  
*dictus.*

diat, cōseruet & foueat.  $\eta\pi\alpha\rho\alpha\tau\delta\delta\rho\zeta\omega$

quòd omnia terminet ac definiat.

T V M ita Cardinalis. Atqui video  
M. Tullium ex antiquorum opinione terminatorem extremum cælestem circulum Deum dixisse.

V E R V M est , inquit Morillonus,

nam in somnio Scipionis vbi de nouem mundanis orbibus differit , ita loquitur: Quorum vñus est cælestis „ extimus , qui reliquos omnes com „ plectitur, summus ipse Deus, arcens „ & continens ceteros. Quo loco Deū, „ supremum motorem intelligit. Ve-

rūm D. Lactantius Vranum Latinè Vranus Celestus dielus.

Cælestum interpretatur; à nobis autem , an ne Cælus masculino vocabulo appellari posset ? Quid ais Pighi ? de ea namq; re nescio quid henri adferebas . T V M ego. Adferebam occasione, inquam, antiqui illius tituli.

D 5 OPTI-

8053

*Extremus  
cælestis circu-  
lus deus di-  
eius.*

Qv i legitur in aræ marmoreæ fra-  
gimento nuper è ruinis castrorū pe-  
regrinorū effosso , velut mihi retulit  
vir eruditione varia & antiquitatis  
peritia excellens Benedictus Ægius ,  
qui hoc tāquam accessorium quod-  
dam testimonium nobis attulit , ra-  
tionem reddens cur Apollodori sui  
initiū (quam Bibliothecam hæte-  
nus prælo non editam , simul latini-  
tate donatam , breui , vt spero , stu-  
diosis publicabit) hoc modo trans-  
ferre voluerit . Cælus primus orbis  
totius imperio præfuit. In qua qui-  
dem voce imprimis Ennij auctori-  
tatem se sequi affirmat , qui Deum  
intelligens , Quem Cælus genuit , di-  
xit. Atque ideo eundem hunc Ennij  
locum Flavius Sosipater grammati-  
cus probatissimus annotauit , indi-  
cans

cans non malè pro Deo singulariter  
& masculinè hanc vocem pronun-  
ciari. DE IN DE Morillonus. Sed  
hæc de Themidis patre, inquit, dicta  
sufficient, quam meritò vocat *εὐπατέρεια*  
*Orpheus*, velut à summo bono  
procreatam. eandemq; Telluri, id est  
vniuersi materiæ primæ, vel naturæ  
principijs infusam à Cælo fabulan-  
tur poëtæ : è qua deinde per omnes  
mundi partes omniaq; corpora pro-  
pagatur. Tellus namque Græcis *γῆ Tellus*,  
vel *γῆνα* dicitur à *γῆ*, τὸ χωρῶν ἡγή τιμτω,  
quòd omnia suscipiat & pariat lege  
quadam diuinitus imposita. vnde  
*γεννήτερα* vocatur, & mater magna Ro-  
manis. Cuius filia Themis à Ioue cō-  
iunx adsciscitur, eidemq; gignit Ho-  
ras. Non hic tamen est Iupiter ille  
optimus maximus, supremus Deus,  
quem nobis Orpheus apud Proclū  
describit, sed mens animæ mundi,  
*Iupiter mens  
animæ mundi.*

atque

atque vis illa benefica Dei prouidēs  
rebus omnibus, vt volunt Platonici,  
quem poëtarū deos diuersos vnius  
summi numinis plures esse potesta-  
tes interpretantur. His enim Cælus  
Deus prima simpliciꝝ nominis po-  
sitione animam sphærę stelliferę si-  
gnificat: secunda Deum ipsum: ter-  
tia Dei fœcundā virtutē, qua omnia  
procreauit: quarta Dei aspectum ad  
superiora. Sic Iupiter his primo no-  
minis intellectu anima est sphærę ter-  
tię, secunda mens animae mūdi, ter-  
tia voluntas benefica numinis om-  
nibus prouidens, quarta numinis  
aspectus ad inferiora. Igitur secunda  
& tertia nominis impositione Cælū  
vel Iouem intelligunt, cùm Themis  
da hic coniugem habere dicitur, ille  
procreasse. Id coꝝque Orpheum puto  
Iouem Horarum patrem appellare  
non βασιλέα, sed ἀντα, cùm dicit, ὥπερ

*Celi dei va-  
rie significa-  
tiones apud  
Platonicos.*

*Iouis varie  
significa-  
tiones apud eos-  
dem.*

Thyja-

θυγατέρες Θέμιδος, καὶ Ζηνὸς ἀνακτος. Iso-  
crati enim alijsque Græcorum anti-  
quissimis probatissimisque ἀναξ mi-  
nus est quam βασιλέως, vnde Iouem  
supremū vocant θεούς, ceteros ve-  
rò minores deos ἀνακτος. Verùm hæc  
nimis prolixè; eas enim Cæli, Satur-  
ni, Iouis, aliorumq; deorum potesta-  
tes & significantias ex Orpheo, Pla-  
tone, Trismegisto, Porphyrio, Pro-  
clo, & Iamblico harum rerum stu-  
diosus colligere poterit. Nobis auté  
constitutus terminus hæc Themis  
nostra, cuius interpretationem quæ-  
rimus, per quam, ut dixi, prudēs an-  
tiquitas nihil aliud mihi videtur in-  
tellexisse, quam legem illam peren-  
nem à Deo naturæ impositam; at-  
que ita sancte præscriptam, ut sine  
hac ipsa nihil possit. Quæ quidē lex  
εὐλογον illud in se continet, quod Græ-  
cis κατ' ὄυσίαν λόγος, ή ὅρισμὸς, μόνιμος, καὶ

*Lex divina  
terminus à  
Deo nature  
prescriptus.*

ἀμε-

ἀμετάπτοτος appellatur, hoc est, ipsius essentiæ definitiua vel terminatrix, immobilis atque irrefutabilis ratio eius rei cuius est interpres, quæq; alter esse non potest. Non mirum igitur si Terminis forma deam effinxerint, quam à positione appellatam esse ipsum eius nomen indicat. cuius etymologiā ita deducunt veteres

*Themis unde  
dicta.*

*Θέμις ἡ θεσ-  
μός idē ferē.*

Grammatici. Θέμις δηλοῦ νῆ τὸ πρέων, νῆ τὴν σωματικὴν θεάν. γίνεται δὲ παρὰ τὸ θεσμὸν θεσμική, καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ. Θέμις. Τὸ δὲ θεσμὸς ὄνομα, αὐτὸ τῆς θεσμῶς. ἐπανος γάρ νομθέτης ὡς ἐβούλετο, ἐτίθετο τοὺς νόμους. ἐν τοῦ θεσμὸς οὖν, ὁ σημαντὶς τὸν νόμον, γίνεται Θέμις, ἐκ τοῦ τίθημι. Θεμὸς καὶ θεσμὸς, καὶ θεσμικὴ Θέμις. Huius itaq; legis nulla alia est ratio quam quia legislatori Deo sic visum: à quo tamen nihil nisi summè bonum atque εὐλογον constituitur. Quapropter ipsum fas esse interpretatur Sex. Pompeius: αξιὸν, πρέπον, ἀνάλογον, καὶ ἀρμόζον Hesychius, alijq;ue Græci.

*Themis ip-  
sum fas.*

Græci. Ea enim omnia lex ista in se continet, atque Themidis potestati conueniunt; cuius esse inter nos pacisci, compactaque custodire Phurnutus scribit: θέμις δὲ, inquit, ἡ τοῦ συντίθεσθαι πι μεταξὺ ἡμῶν Κ φυλάττεσθαι. Cuius item actus omnes ad Dei cognitionem, hominum beatitudinem, rerumque omnium procreationem, ac naturæ conseruationem tendunt. Quod idem docent Deæ diversa epitheta ab antiquis ei attributa, quibus insigniter adornatur, depingiturque pulcherrimè. Orpheus enim ipsam appellat ἀγνήν, παντιμὸν, σεβάσμιον, ἀγλαόμερφον, ή παλυκώπιδα κούρην: nempe ab innocentia, maiestate, atque decore. Sic Hesiodus ἀιδεῖνον vocat à pudore ingenuo ac temperatia. Pindarus σωτείραν ή ἔνθουλον, à salute, prouidentia, & bono consilio. Hæc enim præbet dona verè se colétilbus,

id est,

*Themida pa  
cisci, pacificare;  
custodire in-  
ter homines.*

*Themidis va  
rie laudes va  
rieque virtus  
tes.*

*à iudeis cur  
dicta The-  
mis.*

id est, fas ipsum obseruantibus. Hæc munera intelligit Catullus poëta ad Mallium scribens:

*Huc addent diui quām plurima, quæ  
Themis olim*

*Antiquis solita est munera ferre pijs.*

ATQVE hæc locutus, signū de-  
nuò manibus apprehensum diligen-  
tiùs considerat, tāquam ad alia per-  
recturus. Tum ego summa disputa-  
tionis huius amœnitate affectus, at-  
que sciscitādi cupiditate instinctus:  
Atqui, inquam, eleganter admodū  
mi Morillone, plures legis diuinæ  
dotes, quibus animum perficit, no-  
bis in Themide hac explicasti. Sed

*Cur Somati-  
cam Themis  
veteres ap-  
pellarint.*

*In Cratyllo.  
Sepulchrum  
anime cor-  
pus.*

quæso ne prætereas cur σωματιὴν νά  
σωματοδηθέαν veteres appellant,  
istud item nobis explica. NEQVE  
hoc, inquit, caret mysterio, σῶμα νά-  
que sicut nouistis, Plato παρὰ τὸ σῶμα  
vult deriuari, quod nō modò sepul-  
chrum.

chrum animæ sit corpus: sed etiā si-  
gnum monumentum, per quod  
*σημάνει* id est significat, quæcunque  
significare potest. Itaque Somatica  
vocatur dea Themis, quia nobis  
velut signum ac nota voluntatis di-  
uinæ est, rerumque agendarum ter-  
minus à Deo constitutus; vel quòd  
seruet animam & corpus lex diuina:  
nam *σῶμα* vocant Orphici & Pytha-  
gorici, idcirco corpus, quòd anima  
in eo *σώζεται*, seruetur & custodiatur,  
ut ibidem Plato testatur in Cratyllo.  
Quinetiam corporalis dea idcirco  
dici poterit, quòd procreatione re-  
rum promoueat, quæ legem à Deo  
statutam excedere nō potest. Quod  
si contingat monstra portentaque  
nascuntur, quibus iram diuinam  
ostendi volūt, grauissimaq; reip. im-  
minere pericula ob legem hanc cæ-  
lestem spretam vel violatā. Non abs

E re igi-

66      T H E M I S   D E A ,  
re igitur Somaticam vocarūt Deam ,  
quando ad eius proportionē iustum  
elementa rerū congregantur coacer-  
uanturque ad corporum generatio-  
nem . Est enim *σωματοῦ θεῖαι* concresce-  
re , atque ut Quintilianus loquitur ,  
in corpus ire . Cūm autē duæ sint po-  
tissimum Themidis virtutes & tan-  
quam binæ leges à Deo positæ , qua-  
rum vna corpori est præscripta , vt  
iam dictum est , quam *σωματικὴν θεὰν* .  
altera menti animęque , quam *νοντικὴν*  
appellarunt : Duas etiam Themides  
multi antiquorum putarunt esse , at-  
que imprimis Romani , Carmentas  
eas nominantes . Quarum binā sacra  
*Carmentalia* Carmétalia , pontificū vnum , ad ani-  
morum curam pertinens , matrona-  
rum alterum ad corporum sanitatē  
generationisq ; felicitatem expeten-  
dam à Numa rege Ianuario mense  
instituta fuisse , memini te Pighi in  
tu

*Themides seu  
Carmenta  
duæ.*

*Carmentalia  
binæ.*

tuo fastorum seu Kalendarij antiqui  
cōmentario non malè exposuisse, at-  
que eandē esse cum Themide Car-  
mentam, & Dionysij antiquitatū li-  
bro primo, & Plutarchi Problemati-  
bus abunde probasse, vt qui aucto-  
res, atque etiam ipse Ouidius in suis  
fastis ea de re hanc narrent fabulam  
Arcadicam nympham Themida,  
quam & Nicostratam appellant  
Græci, velut vi sectæ rationis inui-  
ctam, ex Mercurio Euandrūm pepe-  
rissē, intelligentes ἐνεργείαν id est, pul-  
chram vim, generosamque virtutem  
nasci ex naturæ lege, motu diuinæ  
rationis, qui Mercurius est. Deinde  
cum filio Euandro ex Arcadia ab  
improbis pulso, in Italiam nauigas-  
se, sexaginta fermè annis ante bel-  
lum Troianum, atque eo loci vbi  
nunc Roma est, Palantium oppidum  
in colle Palatino post dicto cum suis  
Themis cum  
Carmenta  
eadem.

E 2 extruxis-

extruxisse, ibidemque mansisse, & Aborigenes rudem incultamque Italiæ gentem, deorum cultum, leges, mores bonos, atque litteras docuisse, rationisq; gubernaculis subiecisse. Vnde propter diuinam sapientiam vaticinandiq; peritiam Latino nomine vocarunt pro Themide vel Nicostrata Carmentam seu Carmentem, à mentis scilicet raptu, vel priuatione, aut *διατάξθεοφορύσεις*, ut Plurarchi verbis dicam. Hinc enim metra, quibus oracula legesq; e-debat diuino afflata numine, nominarunt carmina. Vnde & Dionysius græcè Carmentam θεσπωδὸν ab oraculorum cantu dici existimat. Ceterum, vt antè dixi, pro duplice numinis potestate, duas etiam Carmentas poëtæ finxerant. Ut enim D. Augustinus de ciuitate dei libro quarto ex Varrone, nifallor, scribit, Ioui deas adesse

*Carmenata.*  
vnde.

*Carmina.*  
vnde.

*Descriptio.*

adesse putarunt, quæ fata nascen-  
tibus canunt, & vocantur Carmen-  
tes. Quo loco fata intelligi debent,  
non necessitates illæ causarū primæ,  
sed naturæ leges à deo nascientibus  
rebus datæ. Alioquin & oracula, que  
item leges diuinæ sunt, appellantur  
fata quod à Deo fantur. Tales duas  
nobis Carmētes mōstrauit nuper no-  
ster Pighius in arca sepulchrali mar-  
morea in historia Iudicij Paridis,  
vbi Iuppiter medius inter duas hasce  
deas sedens conspicitur, quo nobis  
signatur, diuinitatis aptissimas has-  
esse comites, atque ab ipso Ioue tan-  
quā summo bono prouenire, illiisque  
adhærere, sine eo nihil esse. Iam verò  
Carmentā cum Themide vel Nomo.  
eandem esse, illudque numen ali-  
quando secerni, atque haberi du-  
plex, satis constare ex iam dictis exi-  
stimo. Cùm enim elementa, ex qui-

*Carmentas  
Ioui adesse.*

*Fata nature  
leges.  
Oracula  
fata.*

*Carmenta  
in arca sepul-  
chrali Romæ.*

*Carmenta  
seu Themides  
qua ratione  
sunt due.*

E 3 bus

70      THEMIS DEA,  
bus corpora inferiora componun-  
tur, recte disponit & æquè digerit,  
vna videtur; cùm mentes animosq;  
ad pietatis, æqui, boni quec cognitio-  
nem ac regulam format, actusq; ho-  
minum ad hunc scopum dirigit, al-  
tera.

*Que Carmē  
ta matrona-  
rum, & que  
pontificum.*

Quapropter uti prior à matro-  
nis colitur ob causas iam dictas, ita  
hæc ad animi bona adipiscenda sa-  
cro pontificio propitiatur, tñquam  
nobilius & maiestate augustius nu-  
men, quāto mens animaque corpore  
est præstantior. Atq; hæc etiam splé-  
didioribus ornatur titulis σωτείρα, βου  
λαῖα, ἐνθουλος, αἰδεῖης ab auctoribus ap-  
pellata. Nec non ab Orpheo decora-  
ta non minùs digno quām proprio  
elogio, dum ad Musæum hymnos  
Deorū & sacra scripturus, eam inter  
alios inuocans θέμιντ' ιερόσκοπον ἀνδρῶν,  
*Themis iε-  
ρόσκοπος.* id est sacram obseruatricem hominū  
appellat: quippe que hominum co-  
gitatio-

gitationes & acta inspicere, & aruspici  
in morem diuini numinis volun-  
tate ipsis patefacere soleat. Hæc ita-  
que est illa θεσπιώδος & fatidica Ro-  
manis Carimenta, quæ mètes agitat,  
cuiusq; arbitrio oracula nō solù om-  
nia subijcit Ammianus Marcellinus;  
verū etiam Deos ipsos, à quibus illa  
prouenire putabantur, quos substan-  
tiales vocat potestates. Immo & ra-  
tionē nostram ex elementorū peren-  
nium spiritu, vt autumat, vim suam  
habentem, omniaq; alia media,  
per quæ futurorum aliquam noti-  
tiā asssequi possumus, huic deę sub-  
esse dicit. Indicat ita super sumimum  
Iouis numen fas illud primum seu  
legem hanc suam in se complecti,  
nihilq; contra illam facere, cùm in  
cibili Iouis Themis inanere scri-  
bat, nimirum Orpheo atque alijs af-  
fentiens, qui hanc secundā Iouis cō-

*Fatidica  
Themis.*

*Ammiani  
Marcellini  
sententia de  
Themide.*

*Themis in  
cibili Iouis.*

*Themis At-  
lantidum v=*  
*na atque Io=*  
*uis nutrix.*

iugem volunt esse. Cùm verò Athlá-  
tidum vnam Themis fingunt, at-  
que cum Amalhæa nympha Iouem  
nutricasse: mentem animæ mundi  
cum Platone intelligétes, in lege illa  
æterna subsistere, & foueri docent.

A D hæc ita Cardinalis: Haud sanè  
vulgaria mihi videntur quæ memo-  
ras, sed cognitione prorsus digna.  
Quare ipsum Marcellinū lubenter  
audirem. Deprome librum Martine,  
vt nobis locum prælegas. Is cùm at-  
tulisset librum, verba ipsa ex histo-  
riarum xxi. sic recitauit. Elemen-  
torum omniū spiritus, vtpote per-  
ennium corporum, præsentienti  
motu semper & vbiique vigens, ex  
his quæ per disciplinas varias affe-  
ctamus, participat nobiscum mune-  
ra diuinandi, & substantiales pote-  
states, ritu diuerso placatæ, velut  
ex perpetuis fontium venis, vaticina-

MORTA-

mortalitati suppeditant verba. Qui- „  
 bus numen præesse dicitur Themis- „  
 dis. Quam ex eo quod fixa fatali le- „  
 ge decreta præscire fas sit in posterū „  
 (quæ tethimema sermo Græcus ap- „  
 pellat) ita cognominatam in cubili „  
 folioque Iouis vigoris viuifici Theo „  
 logi veteres collocarūt. Tvm Au- „  
 gustinus: An igitur existimas Moril- „  
 rone semper vnam eandemque hanc „  
 esse Themis legemve de qua haec- „  
 nus es locutus? Immō eandem,  
 respondit Morillonus; nō enim nisi  
 vnam Themida, vnu lumē, vnamq;  
 legem intelligo: quam non malè Ci- „  
 cero, tam (vt dixi) de republica libro  
 tertio, quam de natura Deorum se- „  
 cundo, rationem rectam summi Io- „  
 uis appellat, perpetuam, atq; vt alibi  
 dicit à numine Deorum tractā, cum  
 mūdo natam, vniuersitati, singulisq;  
 rebus conuenientem. Nec dissentire

*Themis, &  
lex vna.*

*Themis, ratio  
recta summi  
Iouis.*

E s Plato-

Lamp

Mundū vna  
lege gubernat  
ri secundum  
Platonicos,  
vtq; per vni-  
uersa propa-  
getur lex di-  
uina.

Platone m̄ nouis tis, qui variis locis docet, non solum humanum genus, verum etiam mundum ipsum, atq; ea quæ in eo producuntur, ad vnuim boni finem à Deo vna quadam lege dirigi atque perduci. Quæ ab ipso promanans, tanquam à primo summi boni fonte ac luminū patre, per inferiorum Deorum dæmonumque potestates, & corporum cælestium clementorūque species ideāsve diversis radiis diffunditur, variisq; riuis profluit, atq; inde etiam in mentes animasque & corpora inferiora singula: sed certo pulchroq; ordine & proportione iusta, vt vnu quodq; pro suæ conditionis, naturæ, & materiæ qualitate, plus minūsve accipiat à Themide muneris, quantum supremo rerum omniū gubernatori placuerit. Adeo vt videātur quidem multæ Themides, multævē leges, eò quòd

quòd diuersis gradibus distinctæ plus minúsve polleant; cùm tamen reipsa non nisi sit vna. DE INDE rursus Augustin. Iam mihi in men- tem, inquit, reuocasti, quod de legis diuinę veræq; naturalis quatuor dif- ferentiis seu gradibus Platonici sen- tiunt, quasq; pulchrè Ficinus ex ipso philosopho collegit. Legem vnam quippe æternam esse, ac penitus im- mutabilem, apudque omnes gentes eandem de rebus ijsdem. Nam quæ temporibus, locis, opinionibus per- mutatur, non legē sed constitutionē dici debere. Legis verò illius æternæ species quatuor Platonem pōnere, quarum prima diuina, in summi Dei mente posita sit, quam prouidē- tiam, & ex Orpheo Saturni legem appellat. Secunda cælestis in supe- riore animæ mundi parte, quam fa- tum vocans Iouis legem dicit. Ter- tia

*Legis diuinæ  
quatuor gra-  
dus seu diffe-  
rentiae.*

tia mouens in mouente inferioreq;  
illius potentia , quam primæ Veneris . Quarta in hominis mente animaq; rerum creatarum, quam secundæ Veneris legem nominat. Harum primam , ait, à summo bono, quod supra mentem est , profluere in vniuersa: Secundam à mente & summo bono: Tertiā ab vniuersali anima, mente & summo itidē bono: Quartā ab eodem, mente & anima, omnesq; ad ipsum bonum quoque reflecti. Primā versari in Idæis circa sumnum bonum supra rationes: Secundam in rationibus circa Idæas supra semina: Tertiā in seminibus circa rationes supra formas: Quartā verò in notionibus ac formis circa rationes supra actus atque artes . Et hanc regiam appellat legem supernæ legis imitaticem , qua homines reliquaque animata gubernantur.

Regia lex  
qua homines  
animataque  
gubernantur

HIC

HIC denuo Morillonus : Non adeo quidem, inquit, hæc extra scopum ; ad terminum enim nostrum quoque pertinent, quem quadrangulum nunc constituis ; aperisq; illas specierum inter se conuersiones , vtque ad vnum idémque principiū , à quo promanant, regrediantur. Sed hoc aduertendum , duas priores sapientiam illam diuinam in se complecti, hoc est, cognitionem earum rerum, de quibus vix à nobis haberi scientia potest : vt sunt summa rerū principia, & æternæ rationes , quas diuinæ appellat Plato, qui diuinarū rerum scientiam asserit esse sapientiam absolutam. Ex his duabus itaq; prior virgo etiaminum Themis Cæli vel Solis filia, supremi boni contéplationē sacratissimam præstat, Saturni aureum sæculū menti repræsentans.

Altera in rationibus circa Idæas versatur,

Noetica Thea-  
mis seu due  
priores legis  
diuinae species  
quid conti-  
neant.

Themis virga  
go.

satur; & oracula diuina pandit, &  
Themis Iouis  
coniunx.

Somaticæ  
Themidis, seu  
legiæ diuinæ  
posterioræ  
duæ species.

nunc Iouis coniunx esse Themis di-  
 citur, atque in eius habitare cubili,  
 Parcasq; producere ut tradit Hesio-  
 dus. Reliquæ duæ species ad inferio-  
 ra hæc pertinent: quarum prior Ho-  
 ras Ioui, atque Mercurio Euandrum  
 protulit, circaq; rationis motum po-  
 tens supra formas versatur, quam  
 Plato primæ Veneris appellat. Poste-  
 rior in notionibus ac formis efficax,  
 secundæ Veneris Platoni, poëtis Eu-  
 rinome dicitur, atque Ioui Gratias  
 gignit, generationi actibusque præ-  
 fecta. Atque hæc duæ non diuinorum  
 rerum, sed humanarum scientiâ do-  
 cent, quam Plato prudentiam appel-  
Quid ad legis  
diuinæ verū  
intellectum  
requiratur. lat. Harum quidem specierum qua-  
 tuor legis diuinæ claram perceptio-  
 nem atque intellectu sine diuini nu-  
 minis ope nemo poterit assequi, ne-  
 mo Themidis huius nostræ virtutes  
 rectè

rectè cognoscere nisi à vitiis purgatus, mentem animæ nobilissimam partem lumine cælitus demissò, illustratam habeat. Quamuis faculā rationis nobis Deus sit largitus, qua cæteris animātibus præstamus, quæ, vt Homerus ait, τὸ τῆς ψυχῆς κέρα, hoc est, illud animæ cor non habet. Hæc sola nos aptiores reddit ad percipiēdam Deæ virtutem, cui radius diuini luminis si accedat, magis etiā vigeat, causas consecutionesque rerum facilius videt, celerrimè multa simul agitat, similitudines transfert, disiūcta coniungit, præteritis præsentia comparando, mox futura simul concipit. Hinc Romanis, vt Macrobius refert, Anteuorta & Postuorta, vel vt Ouidius, Porrima & Postuēta Deæ, quæ fatidicæ illius Themidis seu Carmentæ sorores ne fuerint, an comites, poëta dubitat Fastorum libro primo

Ratio, cor a-  
nime Home-  
re dicitur.

Rationis di-  
uinitus illu-  
strate vis.

Anteuorta  
& Postuorta  
Deæ, vel Por-  
rima & Po-  
stuentæ.

primo canens ita :

*Si quis amas veteres ritus, adfiste pre-  
canti,*

*Nomina percipies non tibi nota prius.*

*Porrima placatur Postucentaque, siue so-  
rores,*

*Siue fugae comites Mænali diua tua.*

*Altera, quod porro fuerat, cecinisse pu-  
tatur;*

*Altera venturum post modo, quid-  
quid erat.*

A L I I autem existimant vnius  
Deæ diuinatricis hæc esse cognomi-  
na, quæ opinio mihi non displicet :  
nam easdem puto esse Carmentas  
duas, quarum Gellius libro & capite

x vi. meminit, & ex Varrone nomi-

*Prosa & Po-  
stuerata.*  
nat Prosaī & Postuertam , à recti  
peruersiō; partus & potestate & no-  
mine , quibus aras Romæ difficilis  
partus auertendi causa statutas fuissē  
scribit, quæ σωματικῆς, vel procreatri-  
cis

cis Themidis item videntur esse cognomina. Sed hæc Pighio declaranda relinquamus. M o x Augustinus. Antequam tamen (inquit) progrediare vltterius Morillone , velim explices latius, vnde Themidi oracula, quæ deinde ipsam Apollini tradidisse legimus. Hoc eò familiarius à te postulare audeo , quò Pighio felicius cessisse video, quòd tuā orationem de Somatica Dea interrogando paulò antè tam audacter interpellari. A d hæc Morillonus. Quidlibet vobis pro vestra in me auctoritate ac iure in his licitū putate, quod iamdudū Pighius sibi licere pro nostra amicitia & mutua benevolentia nouit. Queris vnde Themidi oracula, rem certè quæsitu dignam: sed magis tibi Augustine(vt autumo)quàm mihi notam. Quia tamen pro ingenij tui elegatia dissertatiunculis hisce

F te

*Scientie fru-  
etis ac dele-  
Etatio.*

te plurimūm delectari scio, lubenter  
ea quæ nunc occurunt, in medium  
adferam. Indagatio enim hæc rerum  
cum maximarum, tum etiam occul-  
tissimarū habet oblectationem suā.  
Si verò quid occurrat prius non co-  
gnitum, amœnissima completur a-  
nimus voluptate; quę quidem & me  
mirificè ad horum studiorum amo-  
rem trahit, omnemq; que laborem le-  
niens fastidia procul abigit. Qua-  
propter mea quoque causa interro-  
gationibus hisce vestris lubenter re-  
spondeo. Iam verò satis demonstra-  
*Cur Themis  
oraculis pre-  
sit.*

tum puto, Themida nostram nihil  
aliud quām legem esse diuinam ab  
ipso summo promanātem bono, na-  
turæque vniuersitatis ita præscriptā,  
ut sine hac consistere nequeat. Igitur  
& oraculorum diuinationisq; fon-  
tem purum cōtinere arbitrantur Pla-  
tonici, atque diuni nominis, (quod  
ipsum

*Lex diuina  
fontem ora-  
colorū, ac di-  
uini nominis  
interpretatio  
nū continet.*

ipsum bonum ac verum est) claram complecti scientiam, planamq; interpretationem. Cui scientiae sapientes Hebræi tantam tribuerunt auctoritatem, ut eam non modò scientijs omnibus, verùm etiam legi diuinæ scriptæ præferant: affirmantes ipsam à Deo S. Patribus ac Mosi fuisse traditā: Mosen literis suæ legis imaginem quādam eius expressissimè: genuinam tamen ipsam mentibus sanctorum hominum, seu prophetarum à solo Deo infundi, quibus legem suam interpretandi dederit auctoritatem. Horum itaque effata atque interpretationes legitima oracula & vaticinia dici possunt, quippe cùm mentem interpretum Deus suo lumine illustret, & Themis hæc gubernet. Cetera, quæcunq; aliunde proueniunt, malorum geniorū præstigiæ, fascinationes, ac meræ sunt

*Lex nō scripta legi scriptae precellit.*

*Legis nō scriptae interpretationem à solo Deo infundi mentibus sanctorū hominum.*

*Oracula & vaticinia interpretationes esse leges non scriptæ.*

imposturæ. Lex autem summi boni regula, atque volūtatis diuinæ signū est. Oraculum verò legis interpreta-  
tio, adeo ut nihil à lege differat; ita videlicet nuncupatum, quòd in eo Dei contineatur oratio, quæ volun-  
tatis est index. Hoc quidem Cicero in Topicis affirmat. Oracula, inquit, ex ipso appellata sunt, quòd est in his Deorum oratio. Atque ab eodem

Fata, καὶ τὰ  
λόγια ὧνδε.

χρηστός  
quid.

τὸ τεστάμενον.

Legis scrip-  
ta, & oracu-  
li vicinitas.

etymo ducūtur fata, καὶ τὰ λόγια, nem pè à fando, & oratione vel sermone. χρηστός autē oraculum vocatur, quasi index voluntatis diuinæ, quodq; indigentiam seu necessitatem quandā adferat vi rationis impellentem, ut illud sequamur quod iubet. τὸ τεθει-  
μένον verò (quo ipso & oraculum ap-  
pellari testatur Marcellinus) ut eius-  
dem est significationis cum lege &  
Themide: ita ab una & eadem voce  
deriuatur, qua θεμίς, καὶ θεσμός, καὶ θε-

μίς,

μις, ναι θέμις, nempè à τίθημι, eo quòd terminum ponant ac præscribant, quem excedere nefas est. Hinc etiam est, quòd θεμιστέων tam significet vaticinari, & responsa dare; quām leges ferre, & iura reddere. Atq; ex his manifestum opinor, cur Themis oraculis præesse dicant poëtæ, cùm ab ea prouenire, legisq; diuinæ oracula esse interpretationes docuerimus. Ut autem his applicemus fabulas, Ouidius canit diluuij tempore Themis in Beotica iuxta Cephisum habuisse templum, & responsa ibidem dedisse Deucalioni & Pyrrhæ consulentiibus post diluum de reparatione generis humani. Orpheus autem in Themidis hymno eam hominibus primam vaticinium purum declasserat dicit, ac Delphico in specu responsa dantem in Pythijs regnasse, Phœbumq; regem æquè recta con-

*Themidis ora  
culum in Beo  
tica diluuij  
tempore.*

*Oraculum  
Delphicum  
Themida ob-  
tinuisse, &  
postea Apole-  
linem.*

ἵνι ωρώτη κατέδειξε βροτῖς μαντίου ἄγνον  
Δελφικῶν κανθάρων θεμισένουσα θεοῖσι  
πυθίων ἐν δαπέδῳ δθι πυθοῖ ἐμβασίλευεν,  
ἵνι καὶ φοῖβον ἀνακτα θεμισοσύνας ἐδίδαξε.

V E T V S T I S S I M V M autem at-

*Python draco  
Delphicus.*

que olim toto orbe celeberrimū il-  
lud Delphicum antrum fabulantur  
primum à dracone belua dira obsef-  
sum diu desertum, hominibusq; in-  
terclusum fuisse. Quem natum ibi  
volunt ex terræ putredine post Deu-  
calionis diluuium, & postea Apolli-  
nis occisum sagittis ibidem compu-  
truisse, inde & ipsi nomen Python,  
cùm prius Delphines appellaretur,  
mansisse, ut refert Suidas. Apollinē  
*Apollinis existium.*  
deinde tam hac quàm Cyclopum,  
qui Ioui fulmen fabricauerat, cæde  
pollutum, Olympo depulsum, diui-  
naque potestate spoliatum, nouem  
annos

annos in Thessalia exulasse ad Tempe, atque Admeti regis boues pauisse. Cuius fabulæ interpretationem, quia ad nostrum scopum non adeò pertinet, nunc querere supersedebimus. Alij nō exilium illud fuisse volunt, sed eum huius orbis solum alio orbe mutasse, & illic (vt refert Plutarchus de oraculorum defectu) nouem magnorum annorum anfractibus purgatum, vereque Phœbum, id est, mundum rediisse, atq; oraculum apud Delphos à Themide accepisse.

Vt autē iam libro dicto Plutarchus asserit, Apollo præstat idem menti, quod sol corpori; cùm eam foueat, illuminet, temperet, & expurget. Pura itaque & nitida mens esse debet ab affectuū passionumq; tabe, priusquam diuinorum cōsilioverum veram interpretationem assequi possit. Et illa ipsa supremi luminis à Deo pro-

*Apollo cur  
Phœbus dia-  
etus.*

*Apollinis &  
Solis compa-  
ratio.*

*Apollo quid  
in mente.*

manantis agitatio ignea mentes cō-  
mouens expurgando, quam Apolli-  
nem vocant, in illa putri inferiorum  
corporum corruptione diu plerun-  
que laborat ac luctatur: sed tandem  
exuperans diuinę legis cognitionem  
amplexa, veritatis ingens lumē adi-  
piscitur. Hinc est quod Plutarchus  
idem de sera numinis vindicta scri-  
bat, ex tripode Delphico splendidis-  
simum lumen per Themidis sinus in  
Parnassum transparere, quo signifi-  
cat per diuinam legem totum illud  
Musarum domicilium vera diuina-  
rum humanarumq; rerum cognitio-  
ne illustrari. Inde etiam Homerus  
Themin immortalibus manibus A-  
pollini nectar & amabilem ambrosiā  
propinare dicit in Apollinis hymno.

*Per Themidis  
sinus lumen  
ingens in Par-  
nassum trāf-  
parere.*

*Themis Apol-  
lini nectar  
& ambrosiā  
propinat.*

Αλλὰ Θέμις νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην  
ἔρατειν  
Ἄδανάτησιν χερσὶν ἐπήρξατο.

ET

Et quidem scitissimè. Sed quid  
intelligit quæso per nectar & ambro-  
siam? non aliud ( vt autumo ) quàm  
ipsas Deæ seu legis diuinæ virtutes,  
innocentiam atq; immortalitatem.  
Deducūt enim *νέκταρ παρὰ τὸ νεκροπόν*, *Nectar unde  
dicatur.*  
*καὶ τὸ κτῶ, τὸ ἀναιρῶ, ἢ φονέω* quasi mini-  
mè destruens vel occidens. Et *ἀμβρο-* *Ambrosia un-*  
*σία*, vt aiunt etymologici, *σημαίνει τὸν ἀ-*  
*θανατίαν*. *ἀμβροσία δὲ, ἢ ὄντως τοφία τοῦ θεοῦ.*  
*ἀμβροσία, θεῖα τροφὴ, ἵς βροτῷ οὐ μετέχουσιν.*  
*ἢ ἵς οὖχ οἴοντε βροτὸν ἀψαθάται.* *ἔσιν οὖν βρόσις,*  
*καὶ βροσία, καὶ πατὰ σέρποιν καὶ πλεονασμῷ*  
*τοῦ μ. ἀμβροσία.* Tria verò significare  
videimus apud Græcos veteres am-  
broxiæ vocabulum, nempè immor-  
talitatem, sapientiam Dei, & diuinū  
nutrimentum, cuius mortales non  
participant, aut cuius usus immorta-  
litatem præstat. Itaque Plato de pul-  
chritudine in Phædro nec nō in Phi-  
lebo de suinno bono, ubi de cælesti

*Nectar &  
Ambrosia  
quid signifi-  
cent.*

*Ambrosia un-  
de dicatur.*

*Tria signifi-  
care ambro-  
siam apud  
veteres.*

& vera differit vita, animę bonū esse

*Anime bonū  
esse diuini  
luminis con-  
secutionem.* probat integrā diuini luminis cō-  
secutionem. Id lumen in mente pri-

mò, in voluntatem deinde descēde-  
re dicit. In mente veritatem esse, vo-  
carique poëtico inuolucro ambro-  
fiam: in volūtate gaudium, & appel-  
lari nectar. Gaudiū verò illud in Io-  
ue de vaticinio differens à Deo pro-  
uenire, mentemque supra hominis

*Furor poeti-  
cus quid sit.* naturam erigere, ac velut in Deum  
transferre docet, furoremq; esse qué-  
dam diuinum ac poëticum, appel-  
latq; illustrationem rationalis ani-  
mæ, per quam Deus eandem ex alto  
delapsam ad infera, ex imo retrahit  
ad supera, sibiique vicinam collocat.  
Motus autem igneus ille diuini lu-  
minis calore suo mentes exagitans,  
quem Apollinem nominarunt, eas  
illustrat per Themidis sinus, hoc est,  
per legis diuinæ rationes atque præ-  
cepta,

cepta, in Dcūm supra omnia mortalia vertit atque erigit, ibidemq; veritatis æternæ cognitione tanquam ambrosia pascit, eiusdemq; cognitæ gaudio vel nectare voluntatem inebriat, atque in furorem quendā diuinum vertit, animunq; totum felicem ac beatum & immortalem reddit. Igitur cùm Apollini ambrosiam & nectar Themis infundere dicitur legis diuinæ virtute, mentem æternæ sapientiæ participē fieri intelligunt; qua quidem sapientia non solū præteritorum ac præsentium, verūm etiā futurorum certa continet notitia. Quapropter mihi quidem est dubiu, an vlla salubrior vel auspicatior reperiri possit salutationis formula, quam illa Græcorū, χαιρε. Hac enim vna voce accedentes abeuntesūe simul valere, sapere, & gaudere iubemus, omnigenæ felicitatis ambrosiā atque

*χαιρε, Gra-  
corum salu-  
tatio.*

atque nectar imprecantes. Sed hæc de vaticinatrice Themide, quam *voni-*  
*mèn* appellari diximus, eiusq; oracu-  
lis iam satis multa. Somaticam verò,  
quam Pighio nostro monente obi-  
ter attigimus, eidem relinquemus a-  
lio loco exactius examinandam. Nō  
malè etenim hoc tépore me nauasse  
operā arbitror, si priorem illam, quæ  
regit animos, vtcunque explicarim.  
Neq; enim quicquam obstat, quin  
plurima quæ de hac differuimus, at-  
que dicemus deinde, etiam de altera  
possint intelligi. Vnam namq; The-  
min vnamq; legem probauimus es-  
se, eamque non aliter plures videri,  
quàm diuerso respectu, in quantum  
eadem est rebus diuersis præscripta.  
Cur autem Termini quadrati forma  
hanc nobis representarit antiquitas,  
haud obscuras etiam rationes qua-  
dam suis locis pro argumenti occa-  
sione

*Cur Themis  
Termini for-  
ma.*

sione adduximus. Neq; verò legi diuinæ conuenientior figura reperiri posse videtur , quām illa quadrata, recta, alta, plana, simplex, virtutibus eius congruens , humaniam quidem exprimens proportionem altitudine sua septem pedum , vel quatuor cubitorum ; sed imaginem reliqua corporis forma minimè , præterquam capite, in quo rationem cum virtute Platonici tanquam in arce collocat. Ideoq; mentis animæque rationalis sedem appellat Galenus. Quam in vertice præsidere dicit Xenocrates, in cerebro cubare Hippocrates , vel circa cerebri fundamentū Erasistratus. Non ineptè igitur Homerus & Democritus in Physiologumenis caput Ioui sacrum esse dixerunt, quando is anima mundi mens esse putatur. Sanè caput præcipuum ac maximè diuinum corporis membrū æstimarunt

*Caput mentis  
ac anime ra=*

*tionalis sedes*

*Caput Ioui  
sacrum.*

*Caput præci-  
puum mem-  
brum.*

marunt veterum philosophorū doctissimi quique, quod ad mundani orbis similitudinē compactū videatur. In eoque duos animę diuinę circulos positos Plato tradat, rationis scilicet atque memoriæ. Quodq; reliquorum omnino membrorū, velut princeps, ministerio vtatur, significatq; id ipsum quoque diadema regni insigne, seu fascia quę caput Themidis cingit, indicans legem diuinā, rectamue rationem mundo rebusq; in eo creatis omnibus imperare.

Quam idcircò Tullius aptissimè Tusculanarum quæstionū secundo, dominam atq; reginam omniū appellat. Neque ab hac sententia discrepāt nostræ religionis antistites antiqui, vt D. Augustinus de Ciuitate Dei libro primo cap. xv i. affirmans virtutem qua recte viuitur ab animi sede membris corporis imperare, sanctum-

*Diadema  
Themidis  
quid signet.*

*Lex Divina  
domina ac  
regina om-  
nium.*

Etumq; corpus vſu fieri sanctæ volū-  
 tatis. Caput item docet Hesichius Caput mentis  
significare.  
 Hierosolymitanus allegoricè vnius-  
 cuiusque animalis ratione pollutis  
 mentem dici, cuius (inquit) sedes ce- „  
 rebrum, vnde caput & cuncta, quæ „  
 adhærent iecori, super altare in holo „  
 caustum ponere iubemur. Nam & „  
 cor & iecur concupiscentiæ nostræ  
 impetum motumq; continent. Qua  
 propter (vt ad Terminū nostrum re- Terminales  
statue hono-  
ratiſſimæ.  
 deamus) honoratissimæ apud Athe-  
 nienses olim, aliosq; Græcos fuerunt  
 statuæ illæ terminales, effigiem tan-  
 tum capite, sine manibus, sine pedi-  
 bus, & humanam altitudinem recta  
 quadrangula columnæ ab humeris  
 deorsum exprimentes, vt quæ men-  
 tis ingenijq; vim quandam diuinam  
 significant, cui nec manibus nec pe-  
 dibus est opus, vt quod facere desti-  
 narit, efficiat. Nec minus firmam ac  
 conſtan-

*Forma qua-  
drata quid  
notet.*

*Heroum sta-  
tue termina-  
les.*

*Quinam he-  
roes dicatur.*

constantem designat iustitiam rectam  
& æqualis illa forma quadrata, pro-  
portionem vndiq; iustum, & immo-  
tam stabilitatem retinēs. Quare nec  
his statuis donabantur nisi heroës  
virtutis ergô, nempè ingenio, prudé-  
tia, doctrina, rebusūe præclarè gestis  
conspicui, quorum vita ad legis di-  
uinæ vel virtutis regulam probè fa-  
cta erat, quos Pláto passim sapientes  
ac diuinos appellat. Homerus verò  
*Δεοεινέλας, καὶ θεοτιδεῖς.* Inter quos etiam  
referendos censet apud Tullium A-  
fricanus, qui præstantibus ingenijs  
in vita humana diuina studia colút.  
HIC denuo Cardinalis. Profecto  
verum dicis mi Morillone, plures e-  
nim eius generis statuas & illustriū  
ducum, & doctorum hominum ad-  
huc videmus, quas partim è Græcia  
allatas, partim ad imitationem Græ-  
carū factas arbitror. Multæ enim no-  
mina

mina sua pectori inscripta præ se ferunt, ut Miltiadis, Socratis, Platonis, Theophrasti, P. Valerij Poblicolæ, aliorumq;. Reperitur & Numinæ Pomphilij effigies terminali forma in denarijs argenteis, qui Numa Termi-  
num Deum Romæ primus consecra-  
uit. T v m ego, Cardinalis verba  
comprobans: Rectè, inquam; vidi e-  
nim denariū illum his diebus apud  
humanissimum eruditissimumq; vi-  
rum Achillem Massæum, qui cuius  
à M. Varrone fuerat cùm legatus es-  
set, proquestore Cn. Pompeij Magni  
bello Piratico & Mithridatico. Cete-  
rū plurimas eius generis statuas è  
Græcia in villam suam Tiburtinam  
transtulisse Hadrianum Imperatore  
colligo ex fragmētis, quæ nuper ibi-  
dem vidi cum titulis adhuc suis, vt  
potè Themistoclis, Cimonis, Alci-  
biadis, Heracliti, Andocidis, Isocra-

Heroum fia  
tue que Ro-  
me visantur

G tis,

98      THEMIS DEA,  
tis, Aeschinis, Aristotelis, Carneadis,  
Aristogitonis, & Aristophanis: Sed  
capita (quod dolendum) ferè omnia  
temporis iniuria perierunt: Tituli  
Græci quadratis litteris elegatissimè  
insculpti permanent. Hic iterū Mo-  
rillonus. O miram antiquorū in ob-  
seruando decore, atque in exprimē-  
da ratione diligentiam, qui quadra-  
turam illam æquitatis & iustitiæ non  
solū in æquilatero termino, sed etiā  
in litterarū figura retinere voluerūt!  
Hanc enim vel in corpore vel in pla-  
no vel in numeris mathematici in-  
ter rectilineas figuras perfectissimā  
existimant: ideoq; vt veteres Fortu-  
nam in volubili globo solent pingi-  
re, propter inconstantiam: ita Sapien-  
tiam in quadrato statuebant, cuius  
sedes firma atq; inconcussa est, nem-  
pè ipsa lex diuina, quæ vitijs omni-  
bus refectis excisisq;, quadratū vitæ  
iustioris

*Quadratae  
litteræ in he-  
roum termi-  
nis.*

*Fortuna in  
globo.  
Sapientia in  
quadrato.*

iustioris tenorem , & ex omni parte libratum demonstrat. Quapropter apud Arcades nō Mercurij tantūm, verum etiam Iouis aliorumq; Deorū, ut Pausanias auctor est, statuæ quadratæ siebant, rectam, iustum, & cōstantem numinis potentia designantes. Nam & Poëta quidam cecinit.

Deorum statuæ quadratæ apud Arcades.

*Iupiter ipse manens stabilis facile omnia voluit.*

Q V A D R A T U M insuper hominem antiquo proverbio virum omnibus numeris absolutum, probum, ac iustum appellarunt, veram felicitatem atque gloriam in animi bonis & lege diuina collocantem: qui assidue faciet, cogitabitq; omnino, quæ sunt virtutis, & fortunæ casus optimè feret, vbiq; moderatus & rectus, δικαιος (inquit Aristoteles Ethicoru primo) ἀληθως αγαθος, και τετράγωνος ἀνευ ψόγου, hoc est, is verè bonus & quadrā-

Homo quadratus qui dicatur.

G 2      gulus

gulus sine nota vel vitio. Rhetorico-  
rum quoque libro tertio ad Theodo-  
sten perfectum virum metapho-  
ricè quadrāgulum vocari dicit. Sed  
raram semper fuisse hanc in terris a-  
uem, Sopatri verba deimōstrant, quæ  
apud Stobæum sermone XLIII.  
hæc legimus. τίς διν δυτε, κατὰ τὸν Σιμονί-  
δου λόγον, τεβάγωνος, δέ κατὰ πᾶσαν τύχην, ή  
ωραγμάτων μετάσασιν ἀσφαλῶς ἐσῆξεται;  
σωαριμόζων μὲν ἔαυτὸν Τίστε ἀρχουσι, ή ἀρχο-  
μένοις, ή πρὸς ἔαυτὸν ἀρμόζων ἀπαντας πᾶσαν  
δὲ πάντων διαφορὰν πρὸς ἔνα τὸν τοῦ καλοῦ  
σωματικῶν λόγον. Dubitat enim vehe-  
menter quisnā adeò iuxta Simonidis  
poëtē dictū, quadratus reperiri pos-  
fit, qui per omnē fortunam rerumq;  
mutationem firmiter consistat, accō-  
modás se principibus, simul & sub-  
ditis, & sibi ipsi concilians cunctos,  
atque omne rerum omnium dissidiū  
ad vnam recti rationem componēs.  
Igitur cùm lex diuina sit optima at-

que

*Rarus vir  
quadratus.*

que perfectissima, Themis Deam  
aptissimè veteres quadrangulā quo-  
que formarunt, quæ verè se colentes  
reddit bonos, perfectos, atque qua-  
dratos. Eademq; figura quaternarij  
numeri vim atque perfectionem cō-  
pletebitur, æqualibus quatuor lateri-  
bus semper recta, & quatuor lineis  
totidemq; angulis vndequaq; con-  
spicua, & sibi vbiique similis. Adde  
quòd Themis ipsa cum tribus filia-  
bus quaternarium expleat, atque ita  
ut super tria imponatur ipsum vñū,  
principium scilicet omnium, aucto-  
re Pythagora. Cui vni quidam ex ve- vnum.  
teribus adeò fauere visi sunt, vt deū  
supremū illud esse dixerint, qui vñus  
simplex, & immobilis omnia terna-  
rio conficit, quem & ipsum in se cō-  
pletebitur. Trias namq; princeps im- Trias.  
pariū perfectus numerus ipsum om-  
ne significat, principio, medio & fi-

Themida vñ  
num ac tria  
complecti.

G 3 ne

ne cōtentum. vt Aristoteles in libro  
de Cælo differit. Itaque Pythagorici  
rerum omnium mensurā esse dixe-  
rūt Triada, ob eam opinor causam,  
quòd Deus per legem suam ternario  
mundum gubernet. Vnde est & Ma-  
ronis illud : *Numero Deus impare  
gaudet.* id est, bono, iusto, & pulchro.  
Bono, vbi creat: iusto, vbi disponit:  
pulchro, vbi singula perficit. Huic  
igitur Triadi si monada ipsam ad-  
iungas, cōficitur insignis quaternio,  
*τετραγωνος*  
*Pythagorica.* seu *τετραγωνος* illa Deum opificem cum  
toto vniuerso suo opificio repreſen-  
tans, facerrimum Pythagoreis olim  
iusiurandum: quam perennis na-  
turæ fontem in se complecti dice-  
bant. Illud autem iusiurandum ta-  
le fuisse Plutarchus nobis prodidit  
de Philosophorum placitis libro  
primo.

Oὐ μά

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾶ παραδόντε  
ξακτιω̄  
παγὰν αἰννάου φύσεως ριζώματ' ἔχουσαν.

PORRÒ quaternarium cunctas  
tum numerandi , tum canendi pro-  
portiones continere , ex Pythagori-  
corum sententia tradit Athenago-  
ras. Quem idcirco numerum omnē Quaternius  
numerus om-  
nis, mundo  
sacer apud  
Pythagori-  
cos.  
vocabant , quod denarij numeri ab  
ipsis τέλειος appellati , atq; mundo cō-  
secrati , vim plenitudinemque cōti-  
neat , velut cardo numerorū omniū.  
Nā vnū , duo , tria , quatuor si iungan-  
tur , summā decadis cō-  
stituūt · quam quadratu I I I I  
ram primā appellāt , tri- I I I  
gono æquilatero consi- I I I  
stentem , cuius principiū monas est .  
Idem triāgulus per de- X  
cades iteratus centena- X X  
rij summā explebit : at- X X X  
que deinde per cente- X X X X

G 4 narios

narios millenarij. Deniq; per mille-  
narios myriada conficiet. Cùm igi-

*Tetras qua-  
ter variata.*

tur quater variata te-      C

tras perfectissimā vbi-      C   C

que summā cōstituat,      C   C   C

profectò & ipsa sum-      C   C   C   C

mæ debet esse perfe-      C

ctionis, & quę habeat      M

tur in precio dignissi-      M   M

ma. Omnia namque      M   M   M

*Quaternarij  
numeri vis  
eadem que  
legis diuinæ.*

quę sunt, quaterna-      M   M   M

rius numerus conficere colligareque

videtur. Elementa namq; rerum ferè

omnium quatuor esse constat: Atq;

etiam consensu quodam tacito gen-

tes plerasque omnes præcipuum Dei

nomen quatuor litterarum elemētis

scribere nouistis; quod profectò for-

tuitum censeri nō debet; nam absq;

diuinæ potestatis ordine non vide-

tur euenisse. Appellatur igitur rectif-

simè tetras solidi perfectio, nam om-

nia

*Tetras solidi  
perfectio.*

nia quæ cōsistunt, pūctum, lineam,  
 superficiem & corpus habēt. Appel-  
 latur & harmonia; nam epīritus est  
 ad ternariū, ad binarium diplasius,  
 ad vnitatē tetraplasius. Adiçere hic  
 nō fuerit fortassis absurdum symbo-  
 lorū <sup>Tetras har-</sup>  
 Themidis quaternionē my-  
 sticum, quem Grēci olim religiosissi-  
 mè inter arcana seruabant; videlicet  
 origanum, lucernam,ensem, & pecti-  
 nem muliebreim, quibus deæ virtu-  
 tes designabantur. Per origanū enim  
 notabant mentem eleuatam atque  
 contemplantem summum bonum,  
 quæ legis diuinæ vim nobis decla-  
 rat: origanum namq; montibus atq;  
 alto gaudere, & visum illustrare, no-  
 men ipsum indicat. Summos autem  
 montes, vt Olympum, cælo compa-  
 rarunt veteres, atq; ab Indis Caucasi  
 summum vocatur deorum domici-  
 lium, vt Philostratus in Apollonij

<sup>Quaternio</sup>  
<sup>mysticus sym-</sup>  
<sup>bolorum The-</sup>  
<sup>midis.</sup>

<sup>origanum</sup>  
<sup>quid notet.</sup>

<sup>origani na-</sup>  
<sup>tura.</sup>

<sup>Montes altos</sup>  
<sup>cælo compas-</sup>  
<sup>rari.</sup>

vita libro secundo testatur. Sic Han-

*Deorum ves-  
ticulum.* no θεῶν ὁ χνυα rupe in altam appellauit, hoc est, deorum vehiculū. Quin

*Deorū simu-  
lachra in fo-  
ro transuorio* etiam nunc temporis in Fori transi-  
torij vetustis illis sculpturis Deos ex  
rupium cacuminibus se monstrātes  
videmus. Hos singit & Homerus ex

*Ida mons.* Ida monte prælia Græcorum Troia-  
norumq; spectare. Sed hæc de mon-  
tibus satis. Valet insuper organum  
mirificè contra venena & serpentes,  
ut Aristotelem & Pliniū auctores ha-  
bemus. Quare sanitatis atque salutis  
quoq; mysterium est, quæ cælestē il-  
lam contemplationem sequitur. Lu-

*Lucerne si-  
gnificatio.* cerna autem antiquis vitam animū-  
que signat, vnde illud Euripidis,  $\chi\alpha\tau\pi\epsilon$   
 $\phi\imath\lambda\omega\phi\omega\varsigma$ , quod morituri dicere solēt.

*Lampadum  
Iudus.* Hinc lápadū quoq; ludus antiquissimus vitæ propagationē significat,  
cùm per vices alter alteri succedunt.

*Et quasi cursores vitai lápada tradūt.*

vt

N E C ineptè Plutarchus lucernæ hominem comparat rationis lumine præditū, quo obscurā & incognita nobis illustrantur. Cedunt enim tenebræ, vbi veræ scientiæ lumen effulserit, quod legis diuinæ imprimis studio adipiscimur; quam ipsam lucernam nobis esse dicit magnus propheta: Lucerna pedibus meis lex tua ” & lumē semitis meis. Mentem enim ” atque intellectum illustrat hæc sola, & veri vaticinij fontem detegit. Atque hæc duo Noëticæ Themidis sunt symbola. Sequentia ad Somaticam pertinere videntur. Per ensim namq; malorum depulsionem, iustitiam, atq; recti executionem intelligunt: potestatis enim publicæ indicium est gladius, quæ à Deo non sine causa magistratui traditum affirimat Apostolus. Vindex enim legis diuinæ is

*Ensis significatio.*

næ is esse debet, atq; eos punire qui contra eam malè operantur. Quintiam Origenes Esaię verba exponēs, quibus fertur Dominus intentato nos gladio visitare; per gladiū inteligit dissectionē, vt ait, spiritus à carne, quam facit legis diuinę studium, virtutis amorem producens. Is enim rectæ rationis gladius affectuū, passionum, aliorumq; vitiorum superflua ac fœda impedimenta ab animo abscondit ac aufert. Pecten denique muliebris generationis signum est, quam propagare Themida diximus. Nam & pudendum muliebre *κτενά* vocant Græci, atque hoc occultè per pectinem intelligi testatur Clemens Alexādrinus in Protreptico ad Gentes, vbi nobis hęc symbola sic prodidit: καὶ προσέπι τῆς Θέμιδος τὰ ἀπόρρητα σύμβολα, ὄριγανον, λύχνος, ξίφος, κτελς γυναικεῖος: δέ εστιν ἐυφήμως, καὶ μυστικῶς ἐιπεῖν, μόριον γυναικεῖον.

*Pectinis si-  
gnificatio.*

*γυναικεῖον.* Itaque Veneri sacer pecten <sup>Pecten Vene  
ri sacer.</sup> est, quem idcirco Cytheriacum appellat Naso poëta de Salmaci canēs.

*Sæpe Cytheriaco dedit pectine crines.*

V E R V M hæc de Themidis symbolis hactenus; breuitati enim vt demus operam , nunc tempus suadet. Videmus igitur vt nihil ociosum in hoc simulachro, vt formarum excellētia, numerorumq; facerrimorum proportionē legis illius primariæ virtutes atque ipsam diuinitatē demōstret, vt Themidis antiquissimæ Horarumque pulcherrimarum potestates exprimat; quarum illius quidem contemplatio sapientes, harum verò cognitio prudentes, deniq; omnium plena *τετραπτύχη* percepta , prorsus diuinos facit. De numeris hæc dicta sufficient; iam enim tempus est, vt ad Horas descendamus, Themidis tres filias *Ἄγνης Κυνὸς Αὐγαντός*, quemadmodum

*Hore Themis  
dis ac Iouis  
Regis filiae.*

Orpheus

Orpheus cecinit, & nos antè declara-  
uimus ex Hesiodo atq; alijs. Neque  
verò ineptas eas esse fabulas nūc do-  
cebo. Mundum, vt nouimus omnes,

*Mundus ab-  
solitus, &  
tribus doti-  
bus insignis.* Deus omnipotē sibi similem, atque  
omnibus numeris absolutū creauit,  
tribusq; dotibus à se proueniētibus  
insigne Themide procreata, seu lege  
sua diuina imposita reddidit: nempe  
bono, iusto, atque pulchro. Quæ pri-  
mum, vt Platonici volūt, menti atq;  
animæ vniuersali mūdanæ à Deo in-  
fusæ, ab eadem deinde in potentias  
cælestes lege illa cælesti propagātur,  
& hinc in rerū ideas, naturā, ac ma-  
teriā, corporaq; vniuersa, vt his crea-  
ta singula perfectionem suam decla-  
rēt: scilicet vtilitate bonū, ordine iu-  
stum, ornamēto pulchrum. Atq; his  
dotibus ternæ Iouis ex Themide fi-  
liæ præsidere putantur, & quicquid  
in mundo commodorū felicitatisq;  
pro-

prouenit, diuino quodā nutu suppe  
ditare atque administrare. Quas id.  
circo celi portas obseruare fabulatur  
Homerus, & ex eodem Lucianus &  
Pausanias: Apud Ouidiū quoq; Fa-  
storum primo Ianus sic loquitur;

Hore cœli  
ianitrices.

*Præsideo cœli portis cum mitibus Horis.*

A cœlo namque virtutes omnes  
suggerentibus Horis atq; disponen-  
tibus profluere, opinione receptum  
fuit. Quapropter Horatius poëta  
Lyricus Iouem patrem rerum om-  
nium cōditorem varijs Horis mun-  
dum moderari pulcherrimè cecinit.

*Qui res hominum, deorum,  
Qui mare ac terras varijsq; mundum  
Temperat Horis.*

V A R I A S autē videtur appellare Hore variae.  
poëta à multiplici ac diuersa dearum  
potestate, quæ cùm omnia ad bo-  
num iustumq; ac pulchrum dirigat,  
varia subeunt officia, omnigenæque  
sunt

*Horarum  
multæ virtu-  
tes.*

sunt felicitatis largitrices, & ubique benefaciunt. Nam ab Orpheo propterea splendidis admodum laudantur epithetis à virtutum pulchritudine atque munera gratitudine multiplici, quibus tā animos quam corpora cominodè exornant, atque afficiunt. Inuocantur enim in hymno eius his verbis.

Ειαριναι, λειμωνιάδες, πολυάνθεμοι, ἄγναι  
παντάχροοι, πολύσμοι, ἐν ἀνθεμοείδεσι  
πνοιαις,  
Ωραι αἰειθάλεες, περικυκλάδες, ἕδυσες  
σωποι,  
πέπλους ἐνόμεναι δροσεροὺς ἀνθῶν πολυ-  
τέρπων.

Q V I B V S allegoricè significat virtutes earum perperuò in ambitū ire, & florere, atque in usu, gratia, honore & oblectatione deorum hominumq; semper esse. Quin diuersa eorum potestas atque administratio etiam vnius & simplicis nominis diuersa

uersa etymologia significatur. Appellantur enim ὄρα, παρὰ τὸ ὄρεν, τὸ φυλάττεν. Credebantur enim nō modò Iouis aulæ custodes esse cæliue portis præsidere , atque elementorū supernos spiritus, influentiasue (vt vocant) cælestes ad legis diuinæ regulâ dirigere, sed & hominum acta obseruare, inferioraq; omnia in bono statu continere, quemadmodū Hesiodi scholiaestes tradidit. Sunt item ab ὄπιζεν ὄπαι nominatæ, vt quidā volūt, inter quos Plato magnus auctor est, veteri Attica lingua sic scribi per ó. solere nomen affirmans , propterea quòd limitibus suis omnia iustè circumscribant, statum anni, ventos, & fructus æqua temporum proportione terminent , bonum à malo secernant, ad sua quæq; redigendo , concordiam ac pacem concilient , generationem propagent . Has nobis

*Hore à custo  
diendo dictæ*

*Hore à ter-  
minando  
dictæ.*

H saltan-

114      THEMIS D E A,  
saltantes, atq; annū consertis mani-  
bus circunagentes graphicè depin-  
git Philostratus Lemnius, quadru-  
plices eas faciens, vernas, estiuas, au-  
tunnales, & hybernas, ternario qua-  
ter iterato tam diei quām anni par-  
tes æquas pulcherrimè referentes.

Hore qua-  
druplices.  
  
Hore Solis  
asseclas.

T V M ego: Benè quidem hęc, inquā,  
ad numerorum, quæ antè dixisti, sa-  
cra mysteria quoq; pertinent. Atque  
hinc etiam Horas Solis asseclas dici  
existimo, quemadmodum legimus  
apud Ouidium Metamorphoseos  
libro secundo, vbi Solis currum de-  
scribit.

A dextra lēuāque Dies, & Mensis,  
& Annus,  
Sæculaque, & positæ spacijs æquali-  
bus Horæ.

S E D cur quæso Athenienses  
Horarum sa-  
crificium a-  
pud Atheniē-  
ses.      Horis carnes lixas sacrificabant, vt  
Philochorus memoriae prodidit?

R E S P O N-

RESPONDIT mox Morillonus.

Quo scilicet caloris humorisq; iusta temperie æstus siccitatesque nimias deæ auerteret. Quarum erat fructuū omnis generis maturitatem atq; abundantiam suggestere, elementa temperatè distribuendo. Erant autem Atheniæsibus antiquissima sacra Pyanepsia & Thargelia Soli & Horis pri  
mum instituta, sicut quidam Aristoteles

*Pyanepsia et  
Thargelia  
sacra.*

phanis commentatores tradidere, in ijsque pueri oleaginos ramos lana coronatos gestare solent: quos idcirco εἰρεσιώνας appellabant, omnis generis fructibus ex ijs dependetibus atque etiam ipsis Horis, eosq; deinde proforibus ædium consecratos suspendebant, cantantes hos versus:

εἰρεσιώνη σῦνται φέρει, πολὺ τάϊνας ἀρτους,  
πολὺ μέλι εν ποτύλῃ, πολὺ ἐλαιον ἀνεψισαδαι,  
πολὺ πυλικόν εὐζωρον, ως ἀν μεθύσα καθεύδῃ:

C R A T E S autem in suo cōmen-

H 2 tario

tario de sacrificijs Atheniensium refert hunc ritum ex oraculo Apollinis institutum esse, cùm olim magna fames & fructuum sterilitas urbem premeret. Alij ad Thesei votum referunt, cùm is in Cretam nauigaret, ac tempestate actus ad Delum Apollini noua hæc sacra voueret, si interfecto Minotauro saluus redisset. Sed multa de his Aristophanis commētatores scribunt, item Plutarchus in Thesei vita, & Suidas. Nos verò ad Horas nostras redeamus, quæ tertio nominis etymo dicuntur ab ὥραις, id est ab ornando, nam ὥρα pulchritudinem, formā atq; decorem significat. Vnde & ὥριος dicitur pulcher, maturus, semper florēs, atq; in vigore constitutus. Hinc Floræ Deæ comites facit Ouidius Fastorū libro v.

*Conueniunt pīctis incinctæ vestibus  
Horæ:*

*Inque*

*Horæ ab or-  
nando dictæ.*

*Inque leues calathos munera nostra  
legunt.*

S A T I S itaq; nunc demonstrauimus , quām sub vno nomine triplex Dearum potestas atque virtus con- tineatur, quæ ab vno supremi numi- nis fonte profluens , in ipsa lege di- uina triplicatur. Ex qua deinde tres illæ florentissimæ filiæ, quibus cæle- stia terrestriaq; omnia beantur , atq; perficiuntur, proueniunt . Has vero Iouem, vel mentem diuinitus mun- do infusam fingunt ex Themide seti rectæ rationis meditullio procreasse. Quarū Eunomia æquitas est ex bo- ni ratione procedens , vtilitatem ac bonam rebus qualitatem adducens, seseque ( vt asserit Plato ) per omnia diffundens , cunctaque boni virtute conseruans. Dice iustitia est , ex iusti ratione omnia distribuens , quæ re- chtum rebus ordinem cōstituit. Quo-

*Eunomia.*

H 3                    circa

circa diuinam mētem ordinatricem  
omnium eam appellat Anaxagoras.

Plato atque Orpheus diuinā volun-  
tatem omnia penetrantem existimāt  
esse.

Irene.

Tertia Irene, pax, concordia, at-  
que dilectio dicitur à ratione pulchri  
proueniens, rebus perfectionem at-

*Pulchritudini vis.* que ornamētuī adiiciens. Mentem,

vifum, auditum allicit pulchritudo,  
cui semper adsunt amor, pax atque  
concordia. Potestatis igitur prorsus  
diuinę sunt hę tres Iouis filię, in qui-  
bus mundi naturęq; vniuersæ con-  
sistit perfectio, nec minus initium ac  
fundamētum. Elementa enim æqui-

*Horas gene-  
rationem pro-  
mouere.* tate, ordine, atque concordia cōgre-  
gantur, generatio & vita promoue-  
tur, rerum omniū societas coalescit  
ac fouetur. Hinc Orpheus deas in-  
uocans, generationes fæcundas, at-  
que irreprehensibiles operationibus  
suis inducere dicit.

E'vnāp-

Εὐπάρποντος χειρῶν γενέσεις ἐπάγουσαι  
ἀμεμφῶς.

O E L E N V S poëta vetustissimus  
Iunoneim ab Horis educataim ceci-  
nit in hymno, quo Deam exornauit,  
vt Pausanias in Corynthiaca meini-  
nit. In Polycleti insuper eximiæ ma-  
gnitudinis signo eiusdem Dex cele-  
berrimoque, quod Mycenis in fano  
ex auro & ebore fabricatum extitit,  
in Iunonis corona Horas & Gratias  
exsculptas fuisse scribit idem Pausa-  
nias. Nec temerè ista; Iunonis enim  
numē Physiologi volunt naturę, ge-  
nerationi, ac vitæ præesse. Quinim-  
mo mundanę animę vim illam ap-  
pellant, quæ auram vitalem promo-  
uet, vnde & Iouis sororem & coniu-  
gem atque etiam *ηπαν* id est, aëra vo-  
carunt. Iunonē ergo, spiritumue vi-  
talem corpori infusum ab Horis æ-  
qua & matura cōstitutione materię,

*Hore nutriti-  
ces Iunonis.*

*Hore et Gra-  
tie in corona  
Iunonis.*

*Iuno quid.*

H 4 quæ

quæ Eunomia dicitur, iustaque proportione atque ordine debito, quæ Dice est; deniq; amica elementorum concordia, quæ Irene putatur, nutricari foueriq; intellecterunt: nec non accendentibus simul Gratijs summi decoris corona cingi & exornari. Magna quidem; vt apparet, naturæ affinitas est, magnaq; virtutum similitudo inter Horas, Parcas & Gratias, quæ ter ternè Iouis filiæ sacrum Musarum illum chorum cōstituunt nouenario in numero, ex dissimilibus scilicet quibusdam, quæ tamen ad vnum aliquod optimum, cōmunem utilitatem, vniuersiq; & singulorum conseruationem mirabili cōcentu legis diuinæ vigore referūtur. Nam cùm ordinem in rebus iustum ferè Parcæ, Gratiae decorem administrent, cognoscimus Horas hæc omnia eadem, simulq; bonam qualitatem,

*Horarū, Par  
carū, & Gra  
tiarum cons  
unctio.*

200 p. H

tem, vtilemque; maturitatem suppeditare. Quapropter Horas in Apollinis hymno Homerus cum Gratijs choreas ducere, id est, una operari coram Ioue canit. Et ex ijs tertiam Irenen pulchrā Veneris & Charitum sociā vocat Aristophanes in Acharn. Quā recte apteq; igitur Orpheus in Horarum hymno cecinit, Proserpinam Deam has comitari cum Parcis & Gratijs, quando illam circularibus choris ad lucem reducunt Ioui gratificantes, & Cereri matri fructuum largitrici:

Περσεφόνη συμπαίκτρες, ἐνίπε μοῖραι ταύτην  
ἡ χάριτες πυκλίοισι χοροῖς πρὸς φῶς ἀνάγωσι,  
Ζηνὶ χαριζόμεναι, πάλι μητέρι καρποδοτρεῖν.

Vbi Proserpinam hic intelligit diuinus poëta, atque ex eodem Platonici, non virtutem seminum, sicut Eusebius de præparatione Euangeliæ libro tertio dicit, sed vim naturæ

H 5 concep-

*Hore cū Gra  
tijs choreas  
ducunt corā  
Iose.*

*Irene, Vene-  
ris & Cha-  
ritum socia.*

*Proserpine  
comites Ho-  
re, Gracie,  
Parce.*

*Proserpina  
quid.*

conceptiuā à sphæris cælestibus pro-  
manante in elementa , atque per-  
meante corpora inferiora omnia:  
quæ deinde Iuppiter mentis mūda-  
næ vigor fæcundat, vis terræ genera-  
tiua Pluto amplectitur. Hanc enim  
precatur idem poëta in hymno Per-  
sephones, vt fructum è terra Hor-  
rum fauore remittat.

Κλῦθι μηναιρα θεα περποὺς δ' ἀντέμπτ  
ἀπὸ γαιης.

Εἰρήνη θάλλουσα, καὶ πτιόχειρ υγεία,  
καὶ βίω ἐνόλβω λιπαρὸν γῆρας κατάγοντι.

V E R V M hic Deas à suis effecti-  
*Irene virens.* bus describit, & nominat Irenen vi-  
rentem , eò quòd viuere, crescere, &  
gaudere faciat: Dicen verò, quòd af-  
*Dice Sanitas* pera, iniqua & noxia depellat, Sani-  
tatem vocat dulces & lenes manus  
habentem. Cōsistit enim hæc virtus  
in iusta elementorum complexione,  
atque in recta qualitatum primarū  
distri-

*Sanitate in  
iusta tempera  
tura cōsistere.*

distributione, vel temperatura. Quapropter elegáter admodum Plato de republica libro quarto, iustitiae germanam dicit esse temperantiam, ijsdemque rationibus Iustitiae harmoniam docet esse sanitatem, probatq; multis ibidem, tam animo quam corpori sanitatem à iustitia conciliari, cùm omnia ad diuinā naturae legem disponat ac digerat. Eadem denique cessante ab officio, succedere morbū, adeo ut virtus ipsa per se tam animi quam corporis sit sanitas; prauitas seu iniustitia, morbus. Hæc est illa Epicuri isonomia, cuius vim summam atque infinitam Tullius de natura Deorum libro primo dicit esse, ut per eam omnibus omnia, paribus paria respondeant. Quę æquabilis dispensatio v bicunque fuerit, adesse profectò illi corpori debet ipsa sanitas. Ap tissimè igitur iustitiam Orpheus ab effectu

*Iustitiae har-  
monia sani-  
tas.*

*Epicuri ison-  
omia.*

effectu suo vocat sanitatem, nō secus  
atque tertiam Horarum Eunomiam  
(quæ bona est qualitas, & recta mate-

*Eunomia, vi.  
ta beata.*

riæ constitutio) vitam beatam & pru-  
dentem appellat, quæ maturam vege-  
tamq; adfert rebus senectutem. Nec  
posset profectò melius Eunomiæ vir-  
tutes exprimere poëta, siue mentem  
animumū, siue corpus respicias. Nā  
ēunoμοῦμαι bonis legibus regi, & bene  
lauteq; viuere nutritiūe significat: Ita  
νομὸς nutrimentum & legem significat;  
νομεὺς pastorem & regem. Adeoq; non  
temerè principale illud regendi atq;  
pascendi munus vnum idemque esse  
existimarunt Homerus & Plato, pro  
ea quæ est inter animū & corpus con-  
nexione, gubernaculo & pastu sem-  
per indigente. Et in vtroq; sicut Themis  
diuinam illam potestatēm assi-  
duè operari, iam antè diximus: ita &  
Horarum virtutes omnino quoque  
*υβοῦ* requi-

*Eunomie  
etymologia.*

requiruntur in vnum commune, si  
gulorumq; bonum cum matre con-  
sentientes. Nec requirūtur solūm in  
quouis genere mortalium singula-  
tim, verūm etiam in coniuctu fami-  
liari ac dispensatione domesticā non  
minus, quām in omni administra-  
tione publica. Is igitur verè vir pru- *Vir prudens.*  
dens dici poterit, qui harum plenam  
cognitionem, rectumq; usum possi-  
det. Easque meritò felices domos, fa-  
milias atque respuplicas appellabi-  
mus, in quibus ij vel patres vel prin-  
cipes potiuntur rerum, quorum co-  
gitationes & studia hæ gubernant.  
Nam omnia quæ ad humanæ vitæ  
cultum commoditatemq; pertinēt,  
istas procurare veteres crediderunt,  
ut Diodorus Siculus ex Cretensium  
antiqua philosophia libro Biblio-  
theces sexto memoriæ prodidit. Ne-  
scio igitur an quis vnquam magis  
dignè

*Corynthum  
quomodo lau-  
det Pindarus*

*Hore dispen-  
satrices diui-  
tiarum.*

*Contumelia  
Saturitatis  
filia.*

dignè Corynthū laudarit, quàm Pin-  
darus poëtarum extra cōtrouersiam  
in suo genere summus. Non potuif-  
set enim in cēlum altiùs haud dubiò  
euehere felicem eius reipublicæ sta-  
tum, quàm canendo in eadem ver-  
sari tres aureas diuitiarum dispensa-  
trices Themidis bene consulentis fi-  
lias coætaneas, vrbium fundatrices,  
Eunomiam, Dicenq; cautam, & cō-  
cordem Irenen : quæ Saturitatis te-  
merariæ & gloriose loquentis filiam  
Cōtumeliam semper profligare stu-  
dent. Sed ipsum quæso audiatis poë-  
tam, cuius verba hæc recensenti mi-  
hi in labris versantur. leguntur autē  
ode Olympiorum xiiii. quam Xe-  
nephonti Corynthio scripsit, eius pa-  
triam imprimis commendans.

Ἐν τᾶς δὲ δ' Εὐνομία ναιει καστίγνη-  
ταιτε βάθρον πολίων.

Α' σφαλής Δίητα, καὶ ὅμο-

*τροπος*

τροπος Ειράνα, Τεμίαι  
 Α'νδρασι πλουτου, χρύσεαι  
 Παιδεις ἐν βουλου θεμιτος.  
 Εθέλοντις αλεξειν οβριν κόρου  
 Θυγατέρα Θρασύμυθον.

E A S D E M deinde mox Horas pulchre florentes s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> cordibus hominum veterem sapientiam, hoc est, ex cogitatas primū artes immittere dicit.

πολλὰ δὲ τινα  
 παρδίαις αὐτὸν ἔβαλον  
 ὥραι πολυάνθεμοι αρ-  
 χαῖα σοφίσματα.

M E R I T O itaque beatam atque Quae felix ciuitas. florentem dicemus illam ciuitatem, in qua ea politia est, vt in ipsa hæde<sup>x</sup> tres virgunculæ reperiantur, omnis boni, cunctarumq; quas natura dare potest, opum largitrices. Nihil enim, vt dixi, naturæ magis amicum, nihil ad omnium rerum procreationē & conseruationē est aptius, magisūe neces-

necessarium; quām bona cōstitutio,  
iusta distributio, & amica rerum cō-  
ciliatio. Quæ tria dearum trium offi-  
*Cur manibus*  
*connexis Ho*  
*re visantur.*  
*Earum descri*  
*ptio.*  
cia sunt, imò singulæ hæc simul om-  
nia, atque omnes simul singula ad-  
ministrant. Itaque manibus inter se  
connexæ, conformes, vnoq; vestitu  
similes conspicuntur, stolatæ, breui-  
busq; pallis amictæ, vittis vel tenijs  
capita cinctæ, & pectora zonis. Qui  
habitus virgineum pudorem, conti-  
nentiam, atq; honestatem ingenuam  
designat. Castitas autem atque hone-  
stas vt D. Cyprianus moris antiqui  
non imperitus afferit, nō in sola car-  
nis integritate consistit, sed etiam in  
cultus & ornatus decore pariter ac  
pudore. Quocirca cuiusq; sexus, æ-  
tatis, conditionis, atque ordinis ho-  
nestas in habitu semper obseruata &  
expressa fuit, tam apud Romanos,  
quām apud Græcos. Quod ipsum

vno

vno alteroue hic exemplo, pro ut ar-  
gumenti nostri ratio requirit, proba-  
re conabor. Valerius Maximus libro  
VII. cap. IIII. stolam verecundiæ vo-  
cat: & Poëta Martialis inter indecora  
& insueta recenset, meretricem stola  
vestitam,

*Stola pudoria  
& verecun-  
die.*

*Quis, inquit, Floralia vestit? et stolatus  
Permittit meretriculis pudorem?*

T A E N I A S, vittas, & zonas si-  
gnare temperantiā continentiamūe,

*Tænia, vitta,  
& zone  
quid signifi-  
cent.*

Phylostratum in vita Apollonij au-  
ctorem habemus, idemque ostendit  
ipsa vocum Etymologia, atque eoru  
vinculorū usus, cùm tæniæ vel vit-  
tæ crines, zonæ mamillas cōtineant,  
& compescant, *ἀπὸ τοῦ τανίων*, namq;  
*tænia* dicitur, quod coronare, cingere,  
vel ligare significat; & vittæ à vincie-  
do nominatae sunt. Iam dictas ob-  
causas igitur Ouidius amandi præ-  
cepta daturus, è schola sua tales ha-

I              bitus

*BON*

THEMIS DEA,  
bitus abigit, cùm admoneant casti-  
tatis & continentiae.

*Este procul vittæ tenues insigne pudoris,  
Quæq; tegis medias instita longa pedes.*

*Instita quid.*

E T quamuis instita propriè extre-  
mam stolę fasciam significet: hoc ta-  
men loco eam poëta pro stola ipsa  
posuit, partē eius pro toto accipiens.

*Zona quid  
notet.*

*Virginiensis  
dee.*

*Lyszone Dia  
na.*

Zonam verò pectoris, quo fluxæ ani-  
morum cupiditates fouétur, vincu-  
lum constat virginalem notare pudi-  
citiam, quam idcircò sponsus Virgi-  
niensi Deæ, siue Dianæ virginis in  
honoré, antequam nouæ nuptæ con-  
iungeretur, soluere solebat. Vnde &  
Lyszonæ, Dianæ nomen Theocri-  
to, Orpheo, & Hesychio. Zonam  
igitur soluere, virginitatem eripere  
est, quo modo debet intelligi illud  
Poëtæ:

*λύσατε δὲ παρθενίου ζώνην.*

2010

Quod

Quod Catullus ijsdem pene verbis  
sic latinè est imitatus.

*Quod zonam soluit diu ligatam.*

Eò etiam spectat Ouidij illud:

*Castaq; fallaci zona recincta manu.*

V E R V M hęc nimis forsan curiose  
nunc persequimur, apud vos pręser-  
tim, quibus grauiora sunt curæ, con-  
ueniuntq;. Sed elatus dissérēdi qua-  
dam cupiditate fistere cursum, retrā-  
hereque habenas, in curriculo præ-  
fertim tam latè patenti, ac mihi pror-  
sus insuetō, facile nō possum, ideoq;  
non ægrè ferendum, si aliquando à  
metis abeirem. I M O per placet, in-  
quit Cardinalis, hæc tam varia, tam  
iucūda tua disputatio, quæ plena est  
omnigenæ eruditioñis. Ideoq; & hoc  
amplius à te velim intelligere, cùm  
manibus inter se connexis Horas  
dixeris, cur videam tertiam chlamy-  
de circunuoluta manibus demissis

*Cur Irene cir-  
cum voluta  
chlamyde.*

I 2 atque

atque tectis seorsim stantē? I R E N E  
est, respondit Morillonus. Pax enim  
tranquillè per summam quietem o-  
peratur: & cùm nihil agere videatur;  
omnia tamen commoda, in quibus  
vitæ consistit felicitas, tacitè produ-  
cit. Non, vt appareat, tamen ab alijs  
*Cur chlamy-*  
*de eam tea-*  
*neat Dice.*  
*Iustitia pax*  
*sequitur.*  
*Cur brachijs*  
*nudis Euno-*  
*mia & Dice.*  
planè disiuncta est, nam chlamyde  
apprehēsām eam tenet media Dice,  
nec inuitam vt videmus, non enim  
refragatur, aut contranititur. Iustitiā  
enim haud illibenter pax ipsa plerū-  
que coimitatur, immo velut præmiū  
operationes & acta duarum sororum  
vsque sequitur. Bonarū enim legum  
atque iustitiae, quæ lites & bella di-  
rimit, vnicus est finis pax, amicitia, &  
quies. Cur autē priores duæ brachijs  
effictæ sint nudis, vt rectè intelliga-  
mus, altius aliquātō repetendū erit.  
Themidis seu legis diuinæ contem-  
plationem à Platone perfectam atq;  
abso-

supie

I

absolutam appellari sapientiam superius diximus. Ex eadem nasci alteram in Theage multis probat, cōditionalem quippe, omnibus artibus communem, quā in prudentiam vocat, ac rerum humanarum inferiorū que omniū cognitionem. Hanc tunc principalem prudentiam, ac régiam scientiam esse dicit, quando cæteris artibus, ut ministris vtitur, nempè cùm res ciuiles atq; humanas regit. Tum autem duo imprimis eius sunt officia, leges æquias & iustas cōdere, & hæc Eunomia est, & conditas exequi, legitimū & iustum cuiq; tribuendo, atq; ea Dice vel iustitia est. Dextera igitur Eunomia Dicen apprehensam tenet, quia sine hac ipsa manca atq; imperfecta est, nam vñā operentur necesse est. Quarum duarū actiones, ut legitimæ & iustæ, quia omnibus perspectæ & cognitæ esse debent,

*Sapientia.**Prudentia.**Regia prudētia.**Cur Eunomia Dicendextera tenet.*

I 3

debent, brachia visuntur nuda, atq;  
manus detectæ sunt.

S E D cur, ait  
Cardinalis, Eunomia sinistram tam  
latè expandit?

A D hæc Morillo-  
nus: Quia olim Ægyptij docuere, si-  
Cur sinistrā  
expandat  
Eunomia.

nistræ manus porrectæ palmâ disca-  
pedinataim (vt Appulei vocabulo di-  
cam) innocentie atq; æquitatis, quas  
maximè colit hæc Dea virtutes, sym-  
sinistre signi-  
ficatio.  
bolum esse: eò quòd sinistra plerun-  
que manus debilior sit, & ad rapien-  
dum ineptior. Ceterū quia sæpè fur-  
ta cœlare, clamûe operari solet, eadem  
occultata furacitatem, atque acta fur-  
tiua tenebriionum aliquando signa-  
ri, plerique auctores satis indicant:  
quemadmodū Plautus in Persa, vbi  
Lena, cùm Pechnij pueri manum de-  
posceret, & ille dextram porrexif-  
set, ait:

*Vbi illa altera est furtifica lœna?*

A T Q V E ita etiam increpat fura-

cem

SE V D E L E G E D I V I N A . 135  
cem sinistram Asinij Marrucini Ca-  
tillus poëta.

*Marrucine Asini, manu sinistra  
Non bellè vteris in ioco, atque vino:  
Tollis linteum negligentiorum,  
Hoc salsum esse putas?*

I G I T U R Dearum nulla tegit si-  
nistram, cùm innocentiae atq; æqui-  
tatis sint cultrices omnes. Sola Irene Irene cur  
dextram  
occultet.  
dextram sub palla occultat, quam  
tacite & occulte quidem, sed bene  
atque honeste semper operari dixi-  
mus. Accedit & alia ratio dextræ oc-  
cultatæ non indigna relatu. Èò enim  
spectare Pythagoricum illud symbo-  
lum autumno, quod Plutarchus in li-  
bello de multorum amicitia refert,  
μὴ πάντα ἐν βαλλειν δέξιαν, non vnicuique Dexteræ fr.  
dei atq; ami-  
citie symbo-  
lum.  
dextram porrigendam, hoc est, non  
temere quemuis in amicitiae fœdus  
admittendum esse. Quandoquidem  
hoc ipsum sancte semper religioseq;

I 4 sit

*Solonis pre-  
ceptum.*

sit colé dum viro bono: Idque etiam ex Solonis præcepto, suadentis amicos non citò comparandos; comparatos autem nunquam abdicandos esse. φίλους μὴ, (inquit) ταχὺ πτῶ, οὐδὲ δέν  
πτήσῃ μὴ ἀποδοκίμαζε. Itaque fœderis ac fidei symbolum celeberrimū est dextra, ut palam indicat Virgiliana Dido, dum in Æneæ Troiani religione ac pietate famosi perfidiam decepta stomachatur.

*En dextra fidesque,*

*Quē secū patrios aiunt portare penates.*

Vt etiam Anchises, cùm sit ait:

*Dat dextram, atque animum præsenti  
pignore firmat.*

MILLE sunt alia exempla, quæ hoc loco referre superuacaneū esset. Nam & hoc etiam tēpore fidei, pacis, auxilij, atq; amicitiæ signū dextra data solet esse, idque ex more antiquissimo, & à multis ante sæculis obser-

obseruato. Quid aliud enim ex Terentij poëtæ verbis colligimus ? qui sic in Andria:

*Quod ego per hanc te dextram oro, et  
Genium tuum,  
Per tuam fidem, per huius solitudinem  
Te obtestor.*

Vbi cōmentator Donatus ait, fōderis ac fidei membrum erat dextra. Quapropter ad hanc velut ad aram sacram configere solent afflīcti. Occurrit enim nunc Iuliani Cæsaris dictum, quod apud Ammianum Marcellinum legimus libro historiarum xxi. ad cuius dextram cūm Nebridius præfectus non admodum amicus, qui vñus contra Constantium Augustū iurare noluerat, in summo vitæ periculo configisset, atque vt eam porrigeret, suppliciter orasset: Ecquid, inquit, præcipuū amicis seruabitur, si tu dexterā attigeris meā? , ,

*Dexterā amicis seruandā  
esse, nec temere cuivis dandam.*

I 5      Non

Non mirum igitur, si Pax ipsa, quæ  
sine fœdere, fide, atque amicitia diu  
in statu suo permanere non potest,  
dextram velut charissimum fidei pi-  
gnus sanctè tutetur, religiosè conser-  
uet, atque obtegat: nec cuius teme-  
rè violādam exponat, simul nos om-  
nes docens, fidē sanctissimè, ac sum-  
ma cum cura custodiendam esse:

*Qua sine non tellus pacem, non æquora  
norunt.*

Q V E M A D M O D V M Silius Pu-  
nicorum secundo cecinit. Quod ip-  
sum antiquissimo ritu Numa Pom-  
pilius rex Fidei sacra instituens Ro-  
manis suis, eodem ferè modo demō-  
stravit, iubens huic deæ sacrificare  
dextra panno obuoluta albo, sicut a-  
pud Seruium Virgilij commentato-  
rem legimus. Et hæc quidem de dex-  
tera pacis obuelata satis; restat ut ad  
pedes dearum nos demittamus, ut,  
*(quod)*

*Numæ regis  
institutum.*

*Fidei sacri-  
ficiabunt dex-  
tera obuelata*

(quod vobis placere video) nihil  
omittatur, atque ita finem sermoni  
huic imponamus. Socculis indutas  
esse Deas videmus, quod modestæ,  
lenes, nec non faciles sint: non iracu-  
dæ, superbæ, vel intractabiles. Hoc  
enim genus calciamenti, apud anti-  
quos modestiæ, facilitatis, atque hu-  
militatis erat indicium, ideoq; Co-  
micis personis proprium solet esse, ut  
econtra cothurnus calciametum su-  
blime atq; altum Tragicis, quod id  
circo superbiam significabat frequé-  
ter. Hinc Quintilianus libro x. cap.  
11. Nec Comœdia, inquit, in cothur-  
nos assurgit, nec contrà Tragœdia  
focco ingreditur. Iam ut Tragœdiæ  
argumetum grande, altum, ac subli-  
me est, ita plerunq; in amœnu & tri-  
ste, cum interim Comœdia non nisi  
humilia ac læta tractet. Itaque Am-  
mianus Marcellinus, cuius iam pau-  
lo an-

*Soccularum  
significatio.*

*Soccus Comœ-  
die proprius  
modestiam  
signans.*

*Cothurnus  
Tragœdie, si  
perbiam no-  
tans.*

lo antè memini , libro xxvii. non  
 " ineptè probi præfecti prætorio mores  
 " describens, ait. Erat tamen interdum  
 " timidus in audaces , contra timidos  
 " celsior, vt videretur, cùm sibi fideret,  
 " de cothurno strepere Tragico; & ubi  
 " paueret , omni humilior focco . Et  
 " rursum libro xxvii. eadem usus  
 est metaphora, additque ex Ennio &  
 Terétio personas Comicas & Tragi-  
 cas aptissimas. Cùm mutuū, inquit,  
 illi quid petunt , foccos & Mitiones  
 videbis & Lachetas , cùm adigunt-  
 tur vt reddat, ita cothurnatos & tur-  
 gidos, vt Heraclidas illos Cresphon-  
 tem & Themenum putas. Superbiā  
 igitur designat cothurnus , velut ex  
 antedictis patet: nec minus incōstan-  
 tiā & lubricam fidem, prorsus alie-  
 na à moribus dearū virtia. Nam am-  
 bidexter erat cothurnus , & utrilibet  
 cōueniens pedi , vt etiam proverbio  
 vetusto

Vide rhetori-  
cam ad He-  
rennium se-  
cundō, &  
Non. Mar-  
cell.

Cothurnus  
ambidexter.

vetusto occasionem dederit, quo co-  
 thurnos, vel cothurno versatiliores Cothurno  
versatiliors.  
 appellarunt olim inconstantes: Soc-  
 culorum contraria est significatio,  
 de quibus nihil addā præterea; nam  
 huic tépori & loco sufficiunt ea, quæ  
 diximus. Quin immo videmur, Ru-  
 dolfe Cardinalis amplissime, iam  
 abūdè simulachri tui significata ex-  
 posuisse, nisi prolixa nimis disputa-  
 tione magis fatigauerimus, quam  
 oblectauerimus. Vergit enim in no-  
 ctem dies, adferuntq; iam candelas  
 pueri, adeoque partem eius pomeri-  
 dianam totam dicendo extraximus.  
 Verūm aurea illa virtutum catena,  
 quam deæ tuæ connectunt, peram-  
 plam disserédi materialē nobis præ-  
 stitit. T v m Cardinalis: Profectò  
 aduētus Morillone cum Pighio tuus  
 hodie mihi meritò gratissimus fuit,  
 ideoq; kalēdas anni noui primas no-  
 bis

bis auspicatissimas existimo , quod  
his inexpectato ter felices hæ Dex-  
tuarum Musarum ductu tāquam de  
cælo descendētes, in nostram arctio-  
rem familiaritatem notitiamq; se in-  
sinuarint, quæ mihi quidē hactenus  
ignotæ & obscuræ fuerant. Qua de  
causa si vñquam hoc signum mihi  
propter raritatem fuit charum, certè  
nunc in sanctiore ceimeliarchio in-  
ter res charissimas preciosissimasq; re-  
seruabitur. Mox Cardinali af-  
fensus Augustinus. Admodum (in-  
quit) dignæ sunt antiquitatis reli-  
quiæ, quæ amentur seruenturq; ab  
homine virtutum studio. Evidē  
mihi valdè cupereim signi huius ty-  
puim ex gypso mea impensa effingi,  
quod esset ornamenti musæo pro-  
prium meo, studijsque atque profes-  
sioni meæ prorsus accommodum.  
Ad hæc Cardinalis : Immó sine tua  
aid impen-

impensa hoc habebis , nam plastes  
 domi mihi est , qui probè curabit.  
 Dabo suum quoque signum Moril-  
 lono nostro , cuius ingenio & erudi-  
 tioni debemus hoc lumé , quod ho-  
 die velut ex ipsius Themidis Deæ  
 sinu , atque Delphico Tripode nobis  
 clarissimum effulsit. Nec prætermit-  
 tendus mihi Pighius est , cuius curæ  
 & consilio nobis hæc tam oportuna  
 iucundæ disputationis occasio est  
 suggesta. Has igitur anni noui stre-  
 nas à nobis expectate , & quid vestris  
 virtutibus magis dignum rependi  
 possit , post hac cogitabo . DVM  
 nos hic reuerenter , ut decet , Cardina-  
 li gratias agimus ob summam eius  
 humanitatem atq; benevolentiam ,  
 leniter arridens Augustinus , ait :  
 S T R E N A M nullam Morillone pu-  
 ta Cardinali vnquam fuisse gratiore ,  
 quām hodierna tua de Themide hac  
 differ-

-110-

dissertatio ei accidit; nam virtutem  
verā rectè nouit æstimare, cuius lim-  
pidissimum fontem has Deas disertè  
protuo ingenio dum explicas, nobis  
aperuisti: quæ cùm adeò charæ fue-  
rint ipsi necdum cognitæ, nunc mul-  
to magis eas pectore atque oculis est  
obseruaturus, elegorum Theognidis  
poëte memor, qui nos cùm bonis af-  
fiduè conuersari, comedere, bibe-  
re, atque vnà sedere iubet. Ab his  
enim quorum magna potestas est,  
nos bona perdiscere posse. Si verò  
malis adhæserimus, eam mentem,  
quam habemus, nos esse perdituros.  
versus apud Platonē extat in Meno-  
ne & apud Xenophontem de dictis  
& factis Socratis.

καὶ παρὰ τοῖς πίνε, καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖς  
ἴζεν ἄνδανε τοῖς ὡν μεγάλη δύναμις.

ἰδλῶν μὲν γαράπ' ἔσθλα σιδάξει. οὐδὲ  
κακοῖσι

Συμμιγῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔοντα νόον.

OPTI-

Cum bonis  
riuendum.

OPTIME dicis Augustine, Cardinalis inquit, virtutem namque legis diuinæ auxiliante Deo consequamur studio, vnu assiduo, atque industria necessæ est, quam hæ Deæ pulcherrimè nobis demonstrant: in quarum familiaritate domestica si versemur assiduè, non possumus tam honesto conuictu, tam sancta cōsuetudine non fieri meliores. Utinam verò sæpè detur occasio huiusmodi conuentus celebrandi, quo possimus intam frugifera meditatione frequenter mentē animumq; exercere. Quin ut hoc faciamus, res ipsa postulat, si perfectæ legis diuinæ cognitionem plenius assequi velimus. Morillonus enim apertè satis nobis indicauit, ad hanc disputationem nostram pertinere etiam Parcas & Gratias, easque cum Horis, ut nouenarij numeri plenitudinem constituere, ita & legis

*Nouenarij  
numeri plen  
itudo.*

K diuinæ

diuinæ plenam perfectionem absoluere. Qui numerus perfectissimus ab impari primo quadratus, & impariter impar, in tres triadas, & earū quælibet in totidē vnitates diuisus, Musarum dies est Heliconiadū, vt Hesiodus cecinit, summamq; perfectiōneim demonstrat, vtque Græci inquiūt *ισάνης θεος εστιν*. Quis igitur explicabit nobis Parcas? quis deinde Gratias? vt cyclopædiam illam præclarā aliquādo perficiamus? Te verò nunc rogarem Augustine, vt cùm primum dabitur conueniendi oportunitas, Parcarum, quæ ex iusto illo primo in comprehēsibili procedunt, & ad tuā imprimis professionem spectant, interpretationem tibi sumeres, nisi te prius tam anxiè & accurate excusasses, & nisi sciremus omnes negotia publica talium studiorū verum fructum in tui similibus intercipere, atque

*Musarū dies.*

*Parcae.*

que impedire, quæ quia animos hominum distractos particularibus rebus tenent, eos exurgere ad sublimes illas meditationes ægrè patiuntur.

Laborem itaq; geminare Augustino, & aliorum incomodo à negotijs ipsum suis auertere non decet. T v M  
Morillonus. Non labor hic futurus est Augustino, sed laxamétum & recreatio. Nam tanta facilitas ingenij, Antonij Augustini laus.  
tantaque eruditionis copia est, ut facile possit ex tempore de his copiosè differere, atque ex synthesi litteraria elegantissima sua splédidè hanc spartam adornare. Excuset se tamen ipse licet à dicédi munere, sed adesse omnino debet, atque Thesea suum adducere Io. Metellum Sequanum, qui vices eius in hac palestra subeat.

Io. Metellus  
Sequanus.

Qv o d cùm approbaret admodum Cardinalis: B E N E (inquit Augustinus) si vobis ita videtur, Metello

K 2 hanc

Parcarum  
penſa.

hanc sarcinam imponere potero, atque hortari eundem, vt Parcarū penſa diligenter euoluat examinetq; , ne malè instructus vobiscum in arenam descendat. Scio lubenter cum mea cauſa ſucepturum hanc prouinciā, tum quia hiſce ſtudijs mirificē eſt deditus. Et dolebit procul dubio vehementer , cùm intelliget à me iſignem hanc Morilloni noſtri diſertationem, quòd huic sermoni nō interfuerit. Tu verò mi Pighi ſocculos interim tibi nouos etiam pares neceſſe eſt , præſultor enim Gratiarum eſſe debes, atq; eas deas concinnè in chorum ducere. H I C ego cùm ve- recundia ſuffuſus erubuiſſem : Malè (inquam) mecum agitur , qui in fo- ueam, quam Morillono meo paraui, nunc ipſe etiam incido . Nam veftro imperio refragari nō poſſum, quāuis intelligam , quām mihi curta ſit do- mi

mi supellex, & quām ridiculus sīn  
futurus orches̄tes. H i c Morillo-  
nus non sine cachinno. Eia quām re-  
cte, inquit, hic tua Dice rem suam a-  
git Augustine, nam vt vetusto pro-  
verbio fertur, turdus ipse sibi malum  
cacauit. S v B S E C V T V S est alio-  
rum risus: nos accepta ab vtrisque  
patronis licentia, domum simul inde  
concessimus.

F I N I S.

# AVCTORVM CATALOGVS

QVORVM TESTIMONIIS IN  
hoc Dialogo vñsumus.

	A	Eustathius
Arnobius.		Euripides.
Aristobulus Iudæus.		Eucherius.
Apollodorus Atheniensis.		Ennius.
Anaxagoras.		Erasistratus.
Aristoteles.	F	
D. Augustinus.		Flavius Sosipater.
Ammianus Marcellinus.		Ficinus.
Athenagoras.	G	
Aristophanes.		A. Gellius.
Apuleius.		Galenus.
C	H	
M. Cicero.		Hesiodus.
Cyrillus Alexandrinus.		Homerus.
Chrysippus.		Hyginus.
Catullus.		Hyppias sophista.
Clemens Alexandrinus.		Herodotus.
Crates.		Hesichius.
D. Cyprianus.		Hippocrates.
D		Hesichius Hierosolymitanus.
Diodorus Siculus.		Horatius.
Dionysius Areopagita.	I	
Democritus.		Iamblichus.
E		Ioannes Tzetzes.
Eumelius Corinthius.		Iustinus Martyr.
Ephorus.		Julius Firmicus.
Eusebius.		Isocrates.
		Lucilius

	L	<i>Philochorus.</i>
<i>Lucilius.</i>		<i>Quintilianus.</i>
<i>Lycophron.</i>		
<i>D. Laetantius.</i>	S	
<i>Lucretius.</i>		<i>Suidas.</i>
<i>Lucianus.</i>		<i>Solon.</i>
	M	<i>Stephanus Grammaticus.</i>
<i>Metopus Metapontius.</i>		<i>Strabo.</i>
<i>Macrobius.</i>		<i>Salomon.</i>
<i>Marcellinus.</i>		<i>Sopater.</i>
<i>Martialis.</i>		<i>Stobaeus.</i>
	O	<i>Simonides poëta.</i>
<i>Orpheus.</i>		<i>Silius.</i>
<i>Origines.</i>		<i>Seruius.</i>
<i>Ouidius.</i>	T	
<i>Oelen.</i>		<i>Trisgemistus.</i>
	P	<i>Theophrastus.</i>
<i>Pausanias.</i>		<i>Theodectes.</i>
<i>Plautus.</i>		<i>Theocritus.</i>
<i>Philostratus Lemnius.</i>		<i>Terentius.</i>
<i>Plinius.</i>		<i>Theognides.</i>
<i>Pindarus.</i>	V	
<i>Plato.</i>		<i>Varro.</i>
<i>Sex. Pompeius.</i>		<i>P. Virgilius Maro.</i>
<i>Phauorinus.</i>		<i>Valerius Maximus.</i>
<i>Philetas.</i>	X	
<i>Proclus.</i>		<i>Xenophon.</i>
<i>Porphyrius.</i>	Z	
<i>Phurnutus.</i>		<i>Zeno Stoicus.</i>
<i>Pythagoras.</i>		<i>Zeno Cittieus.</i>
<i>Plutarchus.</i>		<i>Zenocrates.</i>

zurück

zurück

zurück

zurück

zurück

M.

zurück

zurück

zurück

zurück

zurück

O.

zurück

zurück

zurück

T.

zurück

MYTHOLOGIA  
ΕΙΣ ΤΑΣ ΩΡΑΣ,  
vel  
ANNI PARTES.

*Ex symbolis antiqui cuiusdam To-  
reumatis argentei, quod extat  
apud Reuerendissimum Epis-  
copum Atrebatensem.*

REVERENDISSIMUS EPISCOPUS ATREBATENSIS


DOMINICI LAMPSONI

N I I E P I G R A M M A I N

Toreuma Antonij Perenotti argenteū  
antiquissimum.

Quod tibi in Atrebatum campis, Perenotte, repertū  
Nobile Mentore & Sors dedit artis opus,  
Tempora perpetuò labentis quattuor anni  
Arcanis signans irrequieta notis,  
Ceu prius, obscura teclum tellure iaceret,  
Nilq; videretur Diua de disse tibi:  
Pighius antiqui nisi consultissimus cui,  
Ut vixisse virum plurima secla putes,  
Sculpta retexisset diuinis symbola chartis  
Non tibi, non aliis sat bene nota prius.  
Scilicet huic debes, dulce hoc, atque viile donum  
Ut Crœsi anteferas diuitiisque Midæ.  
Dulce, quia ars melius facit intellecta, vel auro,  
Vel gemma ut spreta suauius inde bibas:  
Vtile, purgatam tacita quia voce bibenti  
Personat auricula: D V M B I B I S, H O R A  
F V G I T.

REVE-



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



## REVERENDISSIMO

ET ILLVSTRISSIMO

Atrebatensium Episcopo, D. Antonio Perrenoto, Stephanus Vianadus Pighius, Campensis, S. D.

**D**O R E V M A illud argenteum in Atrebatum agro repertum, Presul amplissime, antiquissimum esse, tam forma, quam artificis non imperita, sed planè secura manus indicat. Videtur autem ex eo poculorum generе esse, quæ apud veteres ob cælaturæ argumentum vocabantur Dionysiacæ, tam in mensis quam in sacrificijs usu cognita, & à Græcis ob formā κότυλοι, vel si minora erāt κοτυλίσ-  
Dionysiacū  
poculum.  
Cotyliscus.

vocabulo proprio appellata. De quorū forma & usu hīc adiucere quedam, non absurdum videtur.

Forma cotylis erat orbiculata, pro-  
Cotylorum  
forma.  
 fun-

funda, & sine marginis latitudine ampliore. Apollodorus poculi genus altum & profundum esse vult. nam

*Cotyle quid.* omne concavum antiqui *νοτύλων* (inquit) appellarunt: ut manuum & etiā coxendicum concavitatem. Sic Æschylus cymbala, vocavit cotylas, vt

*Polyporum  
caliculi.*

*Cotyledon.*

apud Athenæum legimus. Et in polypi flagellis extremi caliculi quibus sorbent, & adhærent, deriuatiuè cotyledonas dixerunt Græci, acetabula vocat Latini, à simili vasculo, quo in mensis acetum apponi solet, quod Græcis item cotyledō, vel oxybaphū nuncupatur. Variasse saepius cotyli formam veteres, ex Athenæo facile colligitur: apud quem Alceus aurem aliquoties vnam habuisse prodidit. Diodorus aures nō habere, & labello profundo simile esse contendit, adeò vt quandoque ansatum, quandoque verò sine ansa fuisse, fiat verisimile.

simile. Vino autem potando cōmodū fuisse, & vſitatū docet Ion. Chius, Cotylum vino plenum dicens. Pro- Cotyli r̄sus.  
bat hoc itidē vulgatissimū antiqui-  
tus prouerbium, quod ex Clitarcho  
& Zenodoto ita citat Athenæus.

πολλὰ μεταξὺ τέλει κότυλης, οὐ χείλεος  
ἄνρε.

Quod paulò apud Gellium aliter re-  
cit Sulpicius Apollinaris gramma-  
ticus, pro cotyla calicem ponens: iam  
verò vt in sacrificijs etiam vſui fuerit,  
ex Platone, Eubulo, Aristophane, &  
Polemone latiūs explicat idem Athe-  
næus libro x i. adijcitq; ex Pamphi-  
lo proprium Dionysio esse poculum, Cotylus Die  
nyſio pro-  
prius.  
cui sententię suffragatur etiam Iulius  
Pollux libro v i i. ἔσι δέ πι κότυλος (in-  
quit) διονυσιανὸν ἐντωμα. De cotylisco  
idem sentit Athenæus libro supra-  
memorato, κότυλίσκος δὲ καλεῖται, ὁ ἵερος τοῦ Cotyliscus  
Διονύσου κρατηρίσκος. Et vas ex quo Bacchi  
myſtæ

mystæ effundunt, etiā cotyliscus appellatur, vti Nicander ait Thyatirenus illud ex Aristophanis Nebulis apponēs, μὴ δὲ σέντω ποτυλίσκον. Nō igitur mirū quod Bacchici argumēticę-latura videamus plerunque ornata Dionysio sacra hæc pocula, qualia extant duo magnitudine, & artificio cōspicua. Alterū Neapoli in S. Restitutæ templo ex basalte marmore durissimo, ansas habens duplicates, hederaeis obuinctas coronis, laruas in super thyrso, & elemētorū symbola cōtinens: Alterū Caietæ sine ansis ex marmore Pario candidissimo, exprimēs Bacchi infatis educationē, sculptura peritissimi artificis, qui nomē suū operi prēclaro adscribere nō erubuit, legitur enim ita eius titulus.

*Cotylus Neapolitanus.*

*Cotylus Caletanus.*

*Salpius Aethenensis sculptor.*

ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ  
ΕΠΟΙΗΣΕ.

Tantæ autem sunt capacitatis hæc  
vasa,

vasa , vt nunc in templis pro sacri baptismatis lauacris commodè seruant , qualia plerumque heroibus solis dicari , &  $\rho\sigma\tau\alpha$  appellari ob am-  $\rho\sigma\tau\alpha$ . plitudinem & pondus , auctor est Athenæus , licet alibi rhyta inter capacia quoque vasa enumeret , quæ refrigerando erant accommoda.

Sed hæc de cotylorum forma atque vſu satis multa , si illud vnum adiecerim, tuum illud Toreuma mihi videri nobilis alicuius & perchari adolescentuli aliquando cinerarium fuisse. Nam aureis argenteisue <sup>Cinerarium.</sup> vasis Principum ac nobilium cines res condi solere quis nescit? Cæterū à paucis forsan animaduersum est , Romanos symbola , fabulas , & hi storias , quibus monumenta , aras se pulchrales & loculos ornabant , plæ rumque ætati vitæ , & conditioni in ijs conditorū accōmodare cōsueuif se , id

*Moseffingēz  
di imāgines  
in sepulchris.*

se, id quod nos diligēti obseruatione didicimus. Imò & deorum personas ad eius effigiem sāpius effectas vidi-  
mus, cuius in gratiam opus illud ela-  
boratum erat neq; secus in hoc tuo  
argenteo cōtylo . Panis larua imber-  
bis, ac planè iuuenilis (Panisci dice-  
res magis propriè ) cornibus pusillis,  
ac primūm enascentibus, ætatem in-  
dicare videtur immaturam , morte  
subrepti p̄e propera, cuius cineres in  
eo clausos fuisse suspicamur. Eò ten-  
dunt etiam cerui & bouis cornua te-  
nella, ex quibus facile animaliū anni  
colliguntur. Animalia quatuor insu-  
per pernicissimi cursus, in hoc electa  
apparent, vt vitæ breuis spatiū citif-  
simè præterlapsum exprimerent.

*Argumentū  
Toreumatis.*

Sed vt argumentum operis bre-  
uiter aperiamus , illud nō videtur ex  
indocti sculptoris arbitrio confictū,  
verūm (vt prisci moris erat ) omnino  
est

est eruditū: nō magis oculos intuentium pascens, quām animos antiquę religionis, vel potius philosophiæ fundamētis imbuens. Complectitur enim laruas deorū, qui quatuor anni partibus præsident, intermixtis & adiectis non temerè symbolis alijs, quibus celi annuam circumuoluntio- nem, elementorū cōiunctiones, Solis ac lunæ in rebus omnibus procre- andis socias vires, & effectus demon- strat. Naturæ igitur speculum hoc <sup>Naturæ Spec- culum.</sup> tuum Toreuma rectè ne nuncupa- bimus? si Theopompus Thericleum calicem suum affabré factum & vi- no plenum laudans, ita alloquitur aptissimè:

χώρεισυ δέ ρο θηριαλέως πτερὸν τέκνον  
Γεννατὸν εἶδος, δύνομα σοι τιθώμεθα  
Αρεικά ζπτρον φύσεως, ἢν πλῆρες δοθῆσ.

Imò litterata non minus videri <sup>Litterata pos-</sup>  
possunt huius generis pocula, quām <sup>cula.</sup>

L quæ

quæ ob litteras insculptas à Græcis  
*γραμματικὰ ποτηρία* vocari prodidit A-  
thenæus, quale fuit illud Enalli au-  
reum, quod è mari extractum Me-  
thyynnēsibus attulit, cuius in circulo  
vndecim litteræ ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ  
conspiciebantur, veluti refert Anti-  
clides Atheniensis libro xvi. de re-  
ditibus: & illud argenteū quod Ca-  
puæ quondam Artemidi depositum  
fuisse scribit idem Athenæus, Home-  
ricis carinibus insignitum.

Porrò morem ornandi Torecumata  
& quæuis etiam vasa, Bacchi, A-  
pollinis, Herculis aliorumq; deorū  
fabulis, atque ijs etiam philosophiaæ  
symbolis, quibus æquè nobis mun-  
di imaginem, & naturæ ordinem ta-  
citè demōstravit vetustas, multis an-  
tē sæculis, quām Romanum floruit  
imperiū, apud Græcos in usu fuisse,  
atque ab his ad Romanos defluxisse  
existi-

existimo, à quibus philosophiæ, religionis, & artium bonarum omnium ingens habuerunt augmentum. Do- cent hoc Græcorum commenta & fabulæ, quę occasionem & materiam amplissimā artificibus ingenij pri- mū dedére, vt potuerint diuersimo- dè in hisce picturæ atque sculpturæ delitijs etiam seriò ludere.

Sed quare in poculis cursum So- lis frequenter notis varijs expresse- rint, dicendū erit, in causa esse vide- tur: quod vt Baccho, & Herculi, ita Soli cognato numini pocula sacrarit capacia Græcorum religio. Habere enim Solem aureū poculum à Vul- cano fabrefactum fingunt Steficho- rus, Antimachus, & Æschylus poëta- rum vetustissimi, in quo Oceanū ab occasu Orientem versus nauigare so- let. Theoclytus autem *Ἐν θεοτέρῳ ὥρῳ,*  
lebetem vocat Solis hoc nauigium,  
*Λεβετηνούμαντιον*

*Solis aureum  
poculum.*

*Lebes nauigium Solis.*

L 2 veluti

veluti & ille, qui multo prior Titanomachiam conscripsit. Plutarchus verò ὡρη σαρκοφαγίας oratione prima ex poëta forsitan aliquo vetusto, calyceum appellare videtur, quasi receptaculū in se continens florū & fructuum omnium semina. Dicit enim mundi atque aurei illius saeculi primordio Solem curru suo incertū tenuisse tramitem, & vix auroram ab occasu separasse, neque ut nunc conuersas anni partes frugiferis calycis coronis circunduxisse. Extant Mimerini poëtæ versus pulcherrimi apud Athenæū, quibus Solem fingit in aureo lecto dormientem, in hunc usum sibi à Vulcano facto, ab Hesperidum terris per summa Oceani ad Æthiopes traijcere: per ænigma tale poculi profunditatem significans, ut ait Athenæus.

*Solus lector.*

Eius itaque generis fabulas, occasionem

sionem dedisse veteribus arbitror, ut  
voluerint cæli & astrorum rationes,  
Solis atque Lunæ meatus per fabu-  
losa ænigmata in ipsis etiam poculis  
repræsentare, & aptè compositis fi-  
guris rerum causas, tanquam muta-  
quadam poësi exprimere: ut non so-  
lum inani spectaculo delectarēt oculos,  
sed animos etiam tacitis religio-  
nis, & philosophie preceptis instrue-  
rent, & vitam humanam ad bonos  
mores pellicerēt. Multa enim in hoc  
videntur efficta, ut templis, aris, atq;  
sepulchris conuenirent, plurima etiā  
reperta cognoscimus, quæ cœnacu-  
lis, balneis, triclinijs, & vasculis etiā  
omnis generis sunt accōmoda. Nō  
nulla quoque ob argumenti fæcun-  
ditatem & præstantiam, tali sacris  
quām profanis locis sunt apta. Sic  
quatuor anni tépestates, quæ à Græ-  
cis vñico vocabulo *ἄρη* vocantur, in

*Cur fabule  
in poculis.*

*Fabularum  
rationes dia-  
uersæ.*

L 3 Bacchi

Bacchi, Apollinis & Herculis téplis,  
Solis & Lunæ operationes, effectus  
que demōstrant. In sepulchris vitam  
mortaliū terminis circumscribūt,  
& omnia in lucem exorta, ad mortē  
& tenebras necessariō recidere do-  
cent. Auferunt vītē p̄sēntis deside-  
riū, & ad immortalitatis studium  
animos accendunt: In profanis autē  
locis, nempe cœnaculis, balneis &  
conuiuijs oblatę & ὠρῶν picturā, tem-  
poris præterlabentis, & vītē fugacis  
memoria, ab ocio & ludicris ad seria  
& res agendas, à luxu ad frugēm sol-  
licitant, vel saltem (quod corruptissi-  
mo illo sæculo non rarō interuenisse  
puto) mortis necessitate persuasa, ex-  
plosis curis, animos ad lētitiam exci-  
tant, illud poëtæ auribus hominum  
rācītē occidentes:

*Quid cineri ingrato seruas bene olentia*

*fertas*

*Bscpti*

*An*

*An ne coronato vis lapide ista tegi?  
Pone merum, & talos, pereat qui crasti-  
na curat.*

*Mors aurē vellens, viuite ait, venio.  
Adeo nihil tam præclarè inuentum,  
quod non tādem in abusum trahant  
humana vitia. Sed in meliorem pro-  
fectō finē, clarissime Antistes, magnā  
veteris picturæ partem excogitatam  
videmus luce clarius. Monstrat idem  
tui Toreumatis cælatura. Namq; eos  
typos, nō Gryllos esse (vt Plinius ap. <sup>Grylli.</sup>  
pellat varias & ridiculas picturas) sed  
serij quid omnino cōtinere viso ope-  
re ipse met primō statim aspectu a-  
gnouisti. Igitur me accersito, pocu-  
loq; tradito, vt viderem omnino vo-  
luisti, nūnquid abstrusi possem ex ijs  
quæ cōpletebitur, è tenebris in lucem  
eruere. Parui tuis iussis ex animo lu-  
beis. Et licet ab ea philosophiæ par-  
te me non parum alienarit historiæ*

L. 4      studi-

studium, quod me iam quadrienniū  
ferè tenuit, nihilominus pro mei in-  
genioli modulo, symbolorum om-  
nium contextum ordine interpreta-  
ri, & quam̄ potui breuissimè eorum  
rationes veterum auctorum testimo-  
nijs probare conatus sum. In quo la-  
bore, si vel ex parte aliqua tuæ expe-  
ctationi me satisfecisse intelligam,  
nihil est quod cerebrofa morer am-  
plius quorundam iudicia, animusq;  
ad maiora in huiusmodi argumento  
tentandum tuis auspicijs mihi pluri-  
mum augebitur. Sed interim vt in-  
stituimus, ad rem ipsam pergamus.

## VER.

*Ordinis symbolorum ratio.* **E**T in primis, vt ordinē sequamur  
naturæ (quē artifex ex vetuissimo  
scribendi usu in dirigendis per vasis  
ambitū symbolis, cursum Solis diut-  
num imitando obseruauit) à notis  
ibus. + I Verni

Verni temporis, nobis etiam aptissimum incipiendum erit. Veri enim adscribunt philosophorum probatissimi quique, nō solum anni, sed etiam mundi & sæculi initium. Eius autem est symbolū Veneris larua, quæ Dea <sup>Ver Veneri  
sacer.</sup> presidet verno tempori, & in eius peculiari tutela est mensis Aprilis, animalium generationi accommodus: Cùm enim omnia per eam veniant, id est oriantur, rectè Venus est dicta, <sup>Venus unde  
dicta.</sup> ut testatur Cicero de natura Deorū libro secundo.

Pulchrè igitur operis sui exordio Lucretius, ubi Venerem inuocat:

*Per te quoniā genus omne animantum  
Concipitur, visitq; exortū lumina solis.  
Et iterum.*

*Nam simul ac species patefacta est ver-  
na diei;  
Aëriæ primū volucres te diua, tūumq;  
Significant initū percussæ corda tui vi-*

L 5      Et

Et postea.

*Quæ quoniā rerū naturam sola gubernas,  
Nes sine te quicquā dias in luminis oras  
Exoritur.*

Sic alia multa ibidem canit, quibus vernam illam temperiem, & animalium omnium procreationem Veneri attribuit. Rationes plurimas enarrare latissime ex Ouidio, Macrobio, & alijs multis auctoribus, nisi propositum esset obiter tantum causas rerum attingere, quæ ad praesens spectant argumentum: alioqui nimis longa texenda mihi esset historia.

De hastarum religione & significacione varia, quas summa superstitione colebant veteres, nos multa in sacris Quirinalibus. In hac autem cælatura singulas singulis Deorum laruis adiunctas videmus cuspidum varietate differentes, sed vittis obligatas omnes: ut dijs sacratas esse constet: quod

Hastæ Deo-  
rum sacre.

quod signum etiam victimis addere  
solent ad aram ducendis. Alioquin  
& propriam hoc loco habent inter-  
pretationem hastæ tenuis obuinctæ.  
Solis enim & Lunæ consensum in re-  
bus procreandis indicant. Nam ha-  
stam Osiridi vel Soli, tenuias verò seu  
vittas Isidi (que Luna est) tribuere fo-  
lēt Ægyptij. Isidis ideo statuas mul-  
ticoloribus fascijs vesteibant, Lunæ  
varias in elementorum coaugmēta-  
tione operationes & effectus his re-  
presentantes : Licet Heliodorus ad  
varias Lunæ φάσις id est facies, vel a-  
spectus hanc tenuiarum diuersitatem  
referat. In tabula tua hieroglyphica,  
quam ex ahenea Bembi antiquissi-  
ma depingi tibi curauit vir omnige-  
na eruditione præclarus Antonius  
Morillonius (vt haberet etiam typū  
eius philosophiæ, cuius in gratiâ phi-  
losophorum omnium præstantissimi  
qui-

Haste Os-  
ridi.

Vitta Isidis.

Tabula ahe-  
nea Bembi.

quiq; sunt peregrinati) videmus Iſi-  
dem alibi candidis, alibi versicolori-  
bus toto corpore vittis obuolutam.

Sed quod ad Veneris hastam at-  
tinet, in eius cuspide vides pomum  
rosæ folijs cinctum, quod florum &  
fructuum primitias signare videtur  
*Pomum Veneris.* aduenientis æstatis. Poma autē Ve-  
neris in tutela esse, maximè *εαρινά, ναγ-*  
*γλυκέα*, auctor est Artemidorus : & li-  
cet pomorū inuentorem Dionysium  
velit Theocritus, Veneri tamē ea tri-  
buunt Antiphanes, & alij quidam.  
Romani ob victoriam formæ, quam  
Paridis iudicio est adepta, Victricem  
Venerein cum pomo, & palmę ramo  
depingunt, qua specie frequenter vi-  
demus in antiquis statuis & nu-  
mismatibus.

*Venus vi-*  
*ctrix.*

*Diademata*  
*Venus.*

Addunt fronti diadema, ut in lar-  
ua eius vides, victoriæ & Imperij in-  
signe, quod simulcum triumpho in-  
uenit

*Pomum ac*  
*rosæ quid*  
*notent.*

*Pomum Veneris.*

uenit primū Dionysius deuictis In-  
dis, vt apud Plinium legimus.

Rosis autē gaudere Venerem poë-  
tæ fabulantur omnes, quod odorum  
suauitate, & aspectus lepore & gratia  
excitetur Venus. Ob pulchritudinis  
sanè opinionē Veneri rosam esse sa-  
cram & propriam testatur Pausanias  
in Eliacis. Quā ipsa primum inuenit  
odoris gratitudine ducta, cùm in for-  
mæ cōtrouersia à Iunone, & Pallade  
cestum amoris fasciā deponere cog-  
retur, veluti diserta ludit fabella Li-  
banius Sophista. Cùm igitur pulchri-  
tudinis augmentū & victoriæ admi-  
niculū fuerit Veneri rosa, nō mirum  
in delitijs illi esse poëtas canere, vt  
Martialis ad rosam libro VII.

*Felix rosa, mollibusque sertis  
Nostrī cinge comas Apollinaris,  
Quas tu nectere candidas, sed olim;  
Sic te semper amet Venus, memento.*

Eandem

*Rosa Veneri  
cursus sacra.*

Rosa rubra  
refacta sit.

Eandem quoq; fingunt suo sanguine ex alba rubram fecisse, pede in rosarum spinis vulnerato, cùm Adonidi sub apro periclitati vellet succurrere. Fabulā lepidissimè recitat Aphantius in progymnasiatibus. Attингit etiam Claudianus de raptū Proserpinę libro secundo de Venere in campus Siculis rosas colligente, ita canens:

*Sic fata, crux*

*Carpit signa sui.*

Quam lectionē sequitur Politianus. In multis tamen exemplaribus, *doloris*, non *cruoris* habetur, quod neque potest improbari, vt de Adonio etiā flore locus intelligatur. Tam enim in rosa, quam in Adonio flore signa doloris sui reliquit Venus, sanguinem amasij in hunc mutando, & illā proprio cruro tingendo. In rosæ autem elegidio, quod quidam Virgilij, quidam

*Flos Ado-*  
*niius.*

dām verò Ausonij esse volunt, aurore  
rosa comparatur aptissimè, & in Ve-  
neris tutela esse sic canitur.

*Ambigeres raperet ne rosis aurorarubore,*

*An daret, & flores tingeret orta dies.*

*Ros vnus, color vnus, et vnū mane duorū,*

*Sideris, et floris est domina vna Venus.*

*Forsan & vnus odor, sed celsior ille per  
auras*

*Difflatur, spirat proximus iste magis.*

*Comunis Paphiæ dea sideris, et dea floris*

*Præcipit vnius muricis esse habitum.*

Fax ardens, & erecta ut orientis & af-

*Facis symbo-  
lum.*

cendentis est Solis; ita etiam amoris,

ac vite nota creditur: hinc Veneri nō

tantum, & Cupidini tribuitur, sed e-

tiam Ilithyia<sup>Ilithyia.</sup> quæ parentibus adest,

& Lucina vocabatur, id quod Ho-

merus testatur aliquoties, neq; præ-

terit Pausanias.

Quin etiam Matrem magnā, quā <sup>Mater Ma-</sup>  
terram credebant, cum face erecta, &

*tympano*

tympano pingebāt: cuius sacra quot annis Megalesia principio mensis Aprilis summo cultu celebrabant Romani.

*Tympanum.*

Per tympanum verò quale etiam Veneris laruæ subiacet, terræ superficiem intelligebant aëri contiguam, quæ magis fertilis & germinabūda, animantibus vitam & alimenta suppeditat. Hæc de Verni téporis symbolis hoc loco satis.

## AESTAS.

*Panilarua.*

SEquitur Panis larua, Solis æstiu hoc loco symbolum, quando cooperante cæli & astrorum virtute vim genitalem per orbem vniuersum distribuit, omnia prognata vegetat, & calore suo matura reddit: Semina enim mundi propellere, & diffundere credebatur Pan Deus (qui sol est) ut multis probat Macrobius, vimq; genitalem

nitalem illi curæ esse dicebát. Quam ob causam ἔαγον πόσωπον Panā fingunt Hircus Pan.  
 Ægyptij, & μένδην eodem quo hircū nomine vocabant. Hoc enim animal natura libidinosissimū Pani sacrū est, & maxima religione colunt Mendesij apud Ægyptyos. Auctores sunt Herodotus, Diodorus, Suidas, & alij.

Porrò ad vegetandi augmentādique potentiam Solis pertinet, quod αὐτὸς καὶ ἀυξητὴς Pan appellatur à Græcis, quo etiam respiciunt principes poëtę, cùm Orpheus de Pane Deo in hymnis ita canens:

Βόσινον ἀνθρώπων γενελον κατ' ἀπίρονα κόσμον,  
 tum Homerus qui Deum pastoralē appellat dicens,

Παν' ἀναινέλονται νόμον θεὸν αὐτὸν θεῖον.

Sic pedum pastorale datur illi pro Pediū pastorale Panis dei.  
 hasta, baculus scilicet incuruus, & impolitus, qui res quascunque ē terra natas, pro cursu temporis rursum

M in

Cornua &  
iube.

Cæterū cornua , & iubæ in Panis  
fronte, item capilli setarum in modū  
obdurati, filuas ac segetes, æstiuo so-  
lis calore adultas, & maturas signare  
volunt quidā, sed radios solis inten-  
sos interpretantur Macrobius , Pla-  
ciades, D. Augustinus, Eusebius, Va-  
lerius Probus , & alij multi . Neque  
dissentient Græcorum vetustissimi  
quique, qui aurea illi cornua & ruti-  
lam splendentemq; comam tribuūt.  
Ex quibus Homerus in superiore ver-  
su ἀγλαέθειρον, & aliis quidam apud  
Hephestionem ζευσομέρειον Pana in-  
uocant, radiorum Solis splendorem  
intelligentes.

Fistula Pa-  
nis.

Laruæ adiacet Panis fistula ex sep-  
tem cannis cōpacta, quam eius inuē-  
tionē esse testatur Virgilius: ait enim,  
*Pan primus calamos cera coniungere  
plures instituit.*

In

In septemplici hac fistula licet aliqui spirantium in orbe toto ventorū imitationē esse velint: plures tamen harmoniam cælestē, hoc est, mundi, septem planetarum, aliorumq; siderum consensum interpretantur. Quibus accedit Orphei auctoritas, qui Panadeum ἀρμονίαν νόσμον πρέκεν scribit, & amplissimis nominibus νοσμοντάρης θρηνῷ appellat, insinuās quod mundi & astrorū concors virtus Solis vigori viuificè subseruiat, & materiam seminum suppeditet per corpora inferiora distribuēdam.

Adest laruæ pini vel piceæ conus <sup>Pini conus</sup> in patella, sacrificijs frequentissimus fructus, flammis adhibitus gratissimi odoris. Cæterū non solum Matri Magnæ, sed & Pani Deo sacra pinus est, Solis ac naturæ imaginē quandā referens, vertice videlicet globato altissimè crescens, folijs rādios solares

M 2 imi-

imitantibus, quæ prætenuia, longa,  
& acuta nunquam decidunt, & sem-  
per virent. Ipſa etiam nux pinea flá-  
mæ ascendentis speciem præbet, la-  
cunatis reticulatim toris, & in turbi-  
nem ascendentibus. Sed qua ratione  
Matri Magnæ tribuatur, & naturæ  
terræve symbola contineat, exponere  
huius loci non est. Etenim nostro ar-  
guiméto subseruissè sufficiet. Ad ijcie-  
mus tantum ob alimenti præstantiā,  
& vbertatē pastorali deo hanc arbo-  
rem quoq; sacrari, quam  $\alpha\pi\theta\tau\omega\tau\upsilon\alpha\zeta$   
 $\omega\tau\upsilon\zeta$  appellari posse existimo, licet  $\alpha\pi\pi\omega$   
quidam deducant: Eius enim  
 $\omega\tau\upsilon\delta\zeta$ , id est, nuclei, vel strobili plu-  
rimum (vt auctor est Diphilus) præ-  
bent nutrimenti. Mnafitheus verò  
pinguefacere corpora scribit, & ad  
bene digerendū conferre plurimum,  
vrinam ciere, & ventrem bene dispo-  
nere. Rectè igitur Pani Deo quem se-  
mina

Pani sacra  
pinus.

mina vniuersi propellere , ac omnia  
vegetare diximus, pinum sacrasse ve-  
teres videntur. De Pityde verò Nym-  
pha,<sup>Pitys nymphæ.</sup> ob amorem Panos in arbore pí-  
num conuersa Boreæ riualis inuidia,  
pulchram fabellam ex Pausania ce-  
cinit Achilles Bochius, Symbolicarū  
quæstionum libro vltimo. Ob quam  
causam pinum volunt Pani Deo in  
delitijs esse.

## A V T V M N V S.

**T**ertia est Bacchi larua, qui Roma-  
nis Liber Pater dicitur , & Græcis  
Dionysius, quasi Λύστερος, quiā sit vi-  
ni dator, vt apud Hesiodi interpreté  
legimus. Autumno autē præesse con-  
stat , ideoque ab Orpheo βοῆνφόρος , &  
Homero πολυσάφυλος nuncupatur.  
Nam Solis tertiam anni stationē per-  
agentis , vel declinantis in hiemem ,  
symbolū est Bacchus, qui ξιρονος inde  
<sup>Trigonius.</sup>  
<sup>Bacchus.</sup>

M 3 ab

ab Orpheo quasi tertię geniture, vel  
ætatis: quam Sol autumnali conuer-  
sione peragit. Porrò Lyfiū, vel Aly-  
sium & Lyeum à Græcis à soluendo  
vocari constat, & Liberū Romanis à  
liberamēto, vti Varro auctor est, non  
solùm quòd animū à curis liberet vi-  
num, sed etiam quòd Sol Autumnna-  
lis semina & fructus maturos à stir-  
pibus suis dissoluat, & separat.

Insignia laruæ sunt Bacchicæ co-  
rona hederacea, quam primus porta-  
uit, auctore Plinio, Thyrſus & ſcutū,  
victoriæ atq; triumphi Indici argu-  
menta, ob cuius rei memoriam in fo-  
lennibus Bacchi ſacris Thyrſos, ga-  
leas, & ſcuta hederæ folijs adornata  
ferre ſolent Thraces, de quo nos la-  
tiūs alibi.

*Hedera cur  
Baccho ſaura.*

Hedera verò Bacchū gaudere ab  
omnibus decātatum eſt, quam ideo  
Dionyſium vocant Græcorū aliqui,

&amp;

*Lyeum &  
Liber.*

*Corona he-  
deracea.  
Thyrſus &  
ſcutum.*

*Hedera cur  
Baccho ſaura.*

& ipse Deus πισσοφόρος καὶ πισσόβρος à poëtis frequéter appellatur. Causam nonnulli ad fabulā referunt. Bacchū videlicet infantē à nutricibus nymphis hedera occultatum fuisse atque seruatū, cùm à Iunone nouerca quæreretur. Plutarchus autem in problematibus Baccho sacram dicit, quòd sit quædam hederæ species, quæ comedita absque vino ebrios reddat, & mentes ad furorem incitet. Atq; hinc etiam poëtarū corona est hedera, vt apud Persium in prologo:

*Quorum imagines lambunt, hederæ sequaces.* Et apud alios frequenter. Poëtis enim facilius est *πετρ' ἐνθεο-*  
*αυτῷ οὐκέτ' ὀμοώσιαν* carmina cōdere. Sed quod scopo nostro conuenit, Baccho hederam sacram ob id etiam esse volunt, quòd plantas omnes (veluti Sol autumnalis) quibus adhæret, in senium cogat, alimēta subtra-

M 4 hendo:

hendo: Testatur hoc non solum Plinius, sed extant etiam Laberij carmina, in quibus pulchrè hederam senio comparat dicens:

*Vt hedera serpens arborū vires necat:*

*Ita vetustas ambitu annorum necat.*

## HIE M S.

*Liberæ larua*

**R**estat vltimā Liberæ deæ larua, extremi temporis symbolū. Cognoscitur ex Thyrfo; nam Romani eam cum Cerere & Libero consecravit. Ex Cerere autem natos Liberū & Liberā affirmat Cicero, & in Verri-

*Proserpina.* narum sexta Liberam Proserpinā esse dicit, quā terræ vim genitalem esse, qua fruges & herbas producit, ex Mythologorum sententia docet D. Augustinus. Vnde Proserpinam di-ctam volūt Latinis à proserpendo, ut & Hecaten Græcis, ob fecunditatē, quod in centuplum plerumque propaget

*Hecate.*

paget accepta semina; qui numerus  
frequenter à Grēcis pro multitudine  
incerta solet accipi. Rectè igitur ca-  
nitur in Orphicis Persephone *καρποῖς* <sup>Proserpine</sup>  
*βρύουσα*: & iterum *λειμωνίάσων χαίρουσα*  
*πνοῆσιν*. Eam enim in Ennensium ne-  
more (qui locus, cùm quòd in media  
insula est, tum quòd perpetuò floreat  
& fertilissimus sit, Vimilicus Siciliæ  
nuncupatur) à Plutone raptam fin-  
gunt poetæ, quod per hiemem vis il-  
la genitalis ob solis absentiam & cir-  
cunstantia frigora deficiat, & terræ  
visceribus abscondatur. Sic inferorū  
reginam vocant Proserpinā, & Plu-  
tonis coniugem fabulantur, cui Deo  
terrena vis omnis est sacra, Cicerone  
auctore.

Adferemus & aliam rationem ex  
Macrobio, huic loco non inconue-  
nientem, quæ Proserpinā vel Liberā  
hibernū tēpus referre docebit. Astro-

*Libere sym-  
bolum.*

M 5 nomi

*Veneris domi-  
ciliū in Zo-  
daco.*

nomi Zodiacum in duō hemisphēria  
secare solēt, superius videlicet, & in-  
ferius. Superius autē ascendentis est

Solis, lucemq; adaugentis & vitam,  
quod Venerem inhabitare tradunt,  
cuius terminos ponunt ab Arietis si-  
gno ad Libram. Inferius verò quod à  
Libra per vltimos pisces extenditur,  
qua Solis declinantis est via, ut tene-  
brarum & mortis, ita Proserpinę do-  
micilium appellant. Eadem ratione  
Physici terram ipsam partiuntur, su-  
perius eius hemisphæriū, cuius par-  
tem incolimus, Venerem appellātes:  
Inferius verò aliqui Plutona, aliqui  
Proserpinam vocauerunt. Adonim  
igitur Veneris delicias (quem Solem  
esse volunt) Assyrij summa religione  
coluerunt, & sex mensibus esse apud  
Proserpinam dixerunt, id est in infe-  
riori hemisphærio, quod lucem &  
calorem eius minuit, & sex apud Ve-  
nerem

*Proserpine  
domicilium.*

*Adonis  
fabula.*

imoni M

nerem, cùm incipit alterum ascēdere  
cum incremento caloris, & luminis.  
Sacra verò quæ Adonia ab eius no-  
mine vocabantur, quotannis per  
omnem Syriam celebrari solent, per  
flebiles v lulatus, & lugubres sonitus  
mense Iulio, quem D. Hieronymus  
ideo Adonium appellat, quo ut in  
venatione ab apro occisum plange-  
bant, ijs ritibus sacris discessum So-  
lis ad inferius hemisphærium profe-  
quentes.

Fingebatur & Venus plangens a-  
masij ad Proserpinam abitum, cuius  
simulachrum visebatur in Libano  
monte (quod ipsius Adonidis qui-  
dam volunt esse) capite obnupto,  
specie tristi, faciem manu lœua intra-  
amicatum sustinens, lachrymæ, vt te-  
statur Macrobius, vberes visione cō-  
spicientium destillare ex oculis cre-  
debantur. Quæ omnia speciem no-  
*Venus plan-*  
*gens.*  
*bis*

bis hiemis describunt, quo tempore  
terra languens & tristis Solis calore  
destituta est, atque is ipse nubibus  
obtectus rarum ac breuem sui dat  
conspicuum, aër verò pluuiosus fon-  
tium ac fluminū alueos exturgescere  
cogens, omnia passim lachrymis suis  
mādefacere videtur.

## QVATVOR FERA- rum Significationes.

**D**icendum nunc erit de quatuor  
feris, quas laruis intermixtas vi-  
demus. Sunt autem ex quadrupedū  
silvestrium genere pedum, ac cor-  
poris naturali perniciitate notissimæ,  
atque in hoc argumentum selectæ,  
ut properantis anni fugacitatem ex-  
primerent. Sunt etiam Dianæ ob ve-  
nationem sacra, quam Lunam esse  
auctorum utriusque linguæ consen-  
su re-

Ferarū per-  
nitas.

Luna.

su receptum est. Rectè autem Solis annum cōficientis adiunctur symbolis, quod in generatione propaganda Solis adiutricem esse Lunam Physici tradant. Vitalem enim spiritum & sentiendi vim à Sole: alimentum verò, & augmentationem à Lunari globo fortiri animata, humore denique vnius, & calore alterius inferiorum corporum substantias omnes subsistere volunt.

Hebræorum autem arcana quæ vulgo Cabalistica vocantur, contendunt siderum atque Idearum cælestium virtutes omnes ad inferiora manantes Lunari globo primùm excipi, atque inde tanquam ex Amaltheæ quodam cornu per subiecta eleminta, ut genitale semen diffundi atque erogari. Itaque Lunam elementorum temperamentis, & inferiorum corporum coaugmentationi  
Virtutū celestium fluxus.  
&c.

& dissolutioni non leue momentum  
adferre constat.

Sed animalium laruis quibusque  
additorum rationes indagandæ sunt  
aliquantò diligentius, si prius illud  
cornu vnicum inter Veris symbola  
locatum quidnam sibi velit explica-  
uerimus. Quod etiam ad Lunæ si-  
gnificationem referendum videtur,  
quam Solis in generādo adiutricem  
diximus. Eius enim primam φάσιν  
ut Græci vocant, cùm exoritur emer-  
gitque à Sole, corniculationem ap-  
pellant: qua specie cùm visitur μυνοει-  
δὴς dicitur, hoc est falcata, si Mar-  
tiano Capellæ, & Firmicō credimus.  
Scarabeorum quoq; secundum ge-  
nus quod bicorne est, Lunæ ab Æ-  
gyptijs simili ratione consecratur, ut  
auctor est Orus, quæ ταυροκέρως etiam  
nuncupatur in Orphicis, & Lunę al-  
titudinem Taurum esse tradunt A-  
strolo-

*Cornu.*

*Luna Ταυρος  
κέρως.*

strologi. Item Isis cum cornibus ab *Isis cornuta;*  
 Ægyptijs colitur , quæ eadem Luna  
 est, vt Diana apud Græcos, cuius nu-  
 mini cornua sacrauit antiquitas, non  
 radios tantum solares significantia  
 ( vt supra retulimus ) sed etiam sum-  
 mam rerum abundantiam & fertili-  
 tatem , cùm ex humoris ac alimenti  
 superfluitate nascantur in corpori-  
 bus animantium. Igitur Lunę aquis,  
 & humoribus omnibus dominanti  
 $\tau\bar{\omega}\varphi\epsilon\rho\kappa\alpha\rho\tau\omega$  ( vt Orpheus ait ) atque  
 Dianæ quam  $\pi\alpha\lambda\sigma\varsigma\pi\alpha\tau\omega\varsigma\alpha\omega\gamma\alpha\varsigma$   
 $\delta\gamma\epsilon\pi$  dicit idem , non ineptè cornua  
 dedicarūt. Aequè etiam fluuios pas-  
 sim  $\tau\alpha\upsilon\pi\alpha\rho\kappa\alpha\pi\omega\varsigma$ , cornigeros, vel bicor-  
 nes nominant poëtæ , ob vbertatem  
 & rerum omnium abundantiam ,  
 commoditatemque quas vicinis re-  
 gionibus subministrant. Qua forma  
 Acheloum atque alios fluuios ali-  
 quādo pingere solent Romani, apud  
 quos

*Fluuiorum  
cornua.*

quos etiam fuit vsitatissemū fluuijs  
cornu omniū fructuū copia & varie-  
tate conspicuum adiungere, Veluti  
etiam Felicitati, Liberalitati, Copiæ,  
Annonæ, & Fecunditati, quorum  
omnium symbolis plena sunt vete-  
rum numismata, vt & aliorum nu-  
minum quę beneficijs suis egestatem  
& rerum inopiam ab humano ge-  
nere arcere credebantur. Eò respicere  
videtur Horatius de Italiae felicitate  
ad Iccium scribens,

*Aurea fruges*

*Italiae pleno diffudit Cōpia cornu.*

Quid igitur mirum, si Lunæ ac fe-  
cunditati proprium cornu, feracissi-  
mi veris symbolis adiungatur.

Vt ordinem a nobis propositum  
seruemus, ex quatuor animalibus  
occurrit imprimis Veneris laruæ ad-  
ditus Hinnulus, anni noui, Solis  
crescentis, vel Verni temporis argu-  
men-

*Hinnuli  
symbolum.*

mentum adiuvans. Est enim ceruorū fætura à Græcis νεβρός appellata, quasi νεωστὶ βορὰς εὐδέχομενος, id est, nunc recens alimentum admittens, ut pulchrè Anacreon insinuat νεβρὸν, νεοθήλεας γαλακτινὸν nuncupans, id est nuper virescentem & lactantem. Attici, & Iones indifferenter tam fœminas, quam mares νεβρούς nominant. Primogenios etiam ceruos procas vocari veluti repente, ac nuper natos obseruauit ex Græcis auctoriibus Cœlius Rhodiginus, οὐρανὸς ἐλάφου γένημα aiunt Suidas & Varinus. Licet Gaza damas velit esse procas, & Plinius capreas ita videatur appellare. Sanè diuersitas hæc nominum & animalium similitudo non parū adferre obscuritatis, vt dorcadiis, damae, capreæ, certui, nomina plerumq; confundant auctores, vt que omnes cerui appellatione comprehendere Aristotelem dicat. Au-

Proce.

N gusti-

202

gustinus Nyphus. Sed paruin aut nihil huic nostro argumento illud adfert difficultatis, siue enim nebrum dicamus esse hoc tui Toreumatis symbolum, siue ceruam: semper nascientium cum anno exurgente rerum nobis erit nota. Eiusdem namq; generis sunt animalia, ætate tatum differentia. Cerua etiam huic loco non male cōueniet, ob Telephi fabulam, quem à cerua nutritum fingunt poëtæ, Solem orientem nobis describentes, τήλεφος enim quasi τηλεφῶς procul radians lumen est. licet sint qui rationem nominis ad historiam ipsam referant, ut διὰ τὸ Θηλάσαι αὐτὸν ἔλαφον Telephus sit nominatus. Auges fertur filius, αὐγὴ splendorem significat & aurorā. Cerua quæ eum lactauit, principium motus esse vult, & temporis. ἔλαφος enim quasi ἔλαφρός agilis, leuis, & velox.

*Telephus à  
cerua nutri-  
bus.*

*Auge.*

Sed

Sed nos ad ceruum transeamus,  
 qui alto iugo apud Panis laruam  
 insidens solstitij æstiui nobis ima-  
 ginem præbet, quando Sol Cancri  
 Tropicum occupans, toto die quies-  
 cere videtur, viæ reliquum sibi de-  
 clive respiciens. Habet enim hoc ex  
 natura ceruus, ut in ipsa pernicissima  
 fuga stationem faciat, & requiem in-  
 terponat, donec qui sequitur appro-  
 pinquet, tum fugam rursus arripit.  
 Esse autem nondum ætatis perfectæ,  
 curta, & nō valde ramosa cornua in-  
 dicant, ut iuniori larue Panice aptius  
 accommodaretur, quod cur ita factū  
 fuerit, supérius declarauimus. Ce-  
 madem igitur potius appellabimus,  
 quæ proxima adultis species est. No-  
 minant & Dorcades τὰς ἐλάφου γένην.  
 ματα ob acutiem visus. οξυδερπες γδ τὸ  
 ζῷον εἰς τὴν ἐνόμιατν, inquit Varinus.  
 Quapropter non ineptè Soli, quem

N 2 mundi

*Sol mundi  
oculus.* mundi oculum & luminis fontem  
nuncupant philosophi, potest attri-  
bui. Nocte etiam videre, & oculis a-  
pertis dormire Dorcades, auctores  
asserunt: denique non solum perspi-  
cere acerrimè, sed etiam humorem  
quendam habere intra viscera, qui  
caliginem depellit oculorū tradunt:  
vt apud Origenem legimus in vna  
ex Homelijs quæ extant in Cantica  
Canticorum. Porrò Solis æstiuo ca-  
lori rectè ceruum comparasse vete-  
res, ex varijs quas habet huic sideri  
*Cerui pro-  
prietates Soli  
conuenientes.* conuenientes proprietates, animalis  
naturam indagāti facile patebit. Vi-  
uacissimum in primis est, ob idque  
Soli vitæ principia excitanti sacrum,  
ut coruus Apollini, qui Sol est exo-  
riens. Mutat annuatim semel cor-  
nua, & ijs amissis semet abscondit,  
quoad altera renasci cœperint, veluti  
Sol hieme à nobis refugere videtur,

*radio-*

radiorum vigore destitutus. Seriatim  
tranant maria , ac flumina porrecto  
ordine , & capita cornibus pōderosa  
præcedentiū imponunt clunibus, &  
primus defatigatus postremum se in  
locū recipit, requiem capiti quærēs,  
atq; ita in orbem redeūtes Solis reuo-  
lutionē seriatim dies cōnectētis imi-  
tarī vidētur. Deniq; quod Panicæ li-  
bidini vel Solis vigori viuificæ cōue-  
nit, cùm coitum appetit ceruus (post  
Arcturi illud sidus mense Augusto  
cōtingere scribunt Aristoteles & Pli-  
nius) calore exasperatur , & fit fero-  
cior, neq; vna tantū cōtentus est, sed  
mutat sēpius, & discurrens aliam atq;  
aliam subitò supergreditur, subigitq;  
nō stando , sed currendo, atq; implet  
vnus multas breui rēpore. Veluti Sol  
in cōtinuo motu passim & vbiq; ge-  
nerationē propagat, diuersissimisq;  
plagis rerū naturæ satisfacit. Hæc ex

N 3 Oppia-

Oppiano, Plinio, Solino, atq; etiam Aristotele, qui item simos natura libidinosos esse coniicit, ex ceruorum similitudine, de quibus nunc satis multa diximus.

*Panthera  
symbolum.*

*Baccho sacra  
Panthera.*

Panthera Indiæ atque Orienti notissimum animal Bacchi laruæ tertio loco adiunctum est, quod ex mammari ordine cognoscimus. Auctores enim habemus Aristotelem & Plinium, quatuor mammas medio ventre gerere Pantheram. Difficile alioquin est in picturis vel sculpturis antiquis Leopardos, Lynces, Tigrides & Panthers cognata & similia ferè animalia ab inuicem discernere, quæ Baccho (in cuius tutela Autumnū esse diximus) ob similes ferè causas sacrarunt veteres. Sed de pardali siue panthera, ne nimis longi simus, quædā solummodo adferemus, quā Baccho dedicatam esse ex varijs auctoribus

etoribus facile probabimus. Refert Philostratus libro secundo de vita Apollonij, Pantheram captam fuisse in Pamphilia, magnitudine, & aurea torque insignem, in qua scriptū erat Armenijs litteris, Regē Arsacem Armeniæ Nisæo deo sacrasse feram, quam ex eo tractu styracis odore illestat per Caucasi iuga in Pamphiliam penetrasse volunt. Gaudet enim mirum in modum aromatibus hoc animal. Vidimus Venetijs apud Aeneam Vicum Parmensem, antiquitatis studiosissimum virū, nūmos Galieni Imperatoris quāmplures, & inter eos vnu cum Panthera, & hoc titulo:  
LIBERO P. CONS. AVG.  
Recte ait Varinus, Lyæus, à Lycophrone & alijs, tauro atque pardali comparatur, cuius causam referunt Plato de legibus, & Athenæus libro secundo: nos eam breuitatis causa

N 4 omit-

omittemus, cùm huic nostro argu-  
mento parum seruiat. Baccho impri-  
mis Pantheras sacrarūt veteres, quòd  
vino delectentur, & inebriatæ faci-  
lius capiantur. Hinc φιλάκρη ab Op-  
Bacchi nutri-  
ces in pan-  
theras mu-  
tatae.  
piano nuncupantur, qui Bacchi nu-  
trices in Pantheras fuisse mutatas, &  
Penthea dilaniaſſe scribit libro tertio  
De venatione. Ob macularum quo-  
que varietatē Bacchus Autumni pre-  
fes habet hoc peculiare sibi animal:  
nam autumnalis temporis incōstan-  
tiam naturæ perfidia, & colorum di-  
uersitate refert. Porrò moribus variū  
hominem pardalea vestitum dicunt  
Græci, atque etiam παρδαλωτὸν appel-  
lant, teste Varino. Pantherę item hie-  
roglyphico hominem dolosum, &  
fraudulentum signant Aegyptij, si  
Oro Apollini credendum est. Itaque  
personnum vifam Pardalim ab in-  
fidis & maleficiis periculum porten-  
dere

dere docent Onirocriti, ob varietatē animalis. Significat etiam morbos, ut Artemidorus auctor est, quorum Autumnus est ferox.

Ex capraruim siluestriū genere est quartum animal hiemali Liberę deæ symbolo additū, *αἰγαλεῖον* Græci vocant, parum aut nihil discrepans ab Ibice. neque enim adeo superstitionem hoc loco differentiā requirimus. Idem est fortè Homero animal *ἀἴγαιαλος*: summos autem vertices alpiū incolit, vbi perpetuæ niues, vbi glacies nūquam soluitur. Natura enim sua frigus requirit Ibex, quòd per calorem cæcutiat, & visum omnino perdat, vt nonnulli scribunt, qui eius animalis naturam diligentius sunt perscrutati. Ceruum cruribus, capite, & corpore exprimit, sed color masculo subfuscus est, caput oneratum vastis cornibus in ceruicem leniter

*Capre silvestris symbolum*

*Ibicus natura*

N 5 reclī-

reclinantibus, ad quorum magnitudinem respicit Homerus, qui Pandari arcum sedecim palmarum ex ferræ capræ cornu fuisse concinnatum fabulatur Iliados lib. quarto: femellæ autem minus fuscæ masculis sunt, & capris villaticis aliquâto maiores. Ex quarum imagine Capricorni signum traxere Astronomi: quod parti Zodiaci attribuerunt, in qua sol stationem hiemalem facit, dies perbreves, & tenebras longissimas terris distribuens. Tropas Chymærinas appellarunt antiqui solstitium illud, ut vetus Kalendarium rusticum monstrat, *χιμαιρα* enim capra est hieme nata. Hesychius capram feram exponit, & *χιμαιρος* torrétes vel riui, qui ex niuibus liquefactis præcipitantur motibus. Ex hieme autem deducta sunt hæc vocabula Græcis, quibus *χιμων* hic ins est, eodem Hesychio, & Vari-

*Solstitium  
hibernuum.*

no

nō auctōribus. Quām pulchrē igitur hibernæ tempestati caprarum omne genus adsignarunt antiqui, facile patebit, non oscitanter, sed cum iudicio auctōrū scripta perlegentibus: *αιξ* autem apud Grēcos commune vocabulum est caprigeno pecori ( licet poëtæ verbis vti) vt *έλαφος* ceruis, *ἴππος* equis. Magnos item fluctus caprarū vocabulo *αιγας* vocari, ex Homero docet Artemidorus, qui *λείβρος ἐπαγίζων* dixit, hoc est, fortis caprifans, vel undosus; *αιγις*, καὶ *καταγις* ventus est, turbo, vel procella: *αιγίζω* deniq; capras pascere, & insuper vehementius flare significat. Et idem Artemidorus ait, mare omnium tempestuosissimum, ideo vocari Aegæum, quod fluctibus & nauigandi periculo sit terribile, cuius etiam Dionysius poëta, & Suidas meminere. Sed iam de capraruim significatione satis multa, si vñū hoc

*Aegaeum  
mare.*

de

de feris adiccerimus, quo Solis in  
 hiemem euntis præcipitem lapsum  
 imitantur. Stupendæ enim sunt per-  
 nicitatis, itaq; venationibus actæ al-  
 tissima montium petunt, quo etiam  
 si venator euadat, ex præruptissimis  
 scopulis leniter semet præcipitantes  
 cornibus illæsæ suspiciuntur. Tangit  
 hanc eorum naturam Virgilius Ae-  
 neidos quarto:

*Ecce feræ saxi deiecta vertice capræ  
 Decurrere iugis.*

Refert Varro ex Catonis Originib;  
 in Soracti monte Fiscelio capras  
 feras reperiri solere, que saliant è faxo  
 pedes plus sexagenos, ab his capras  
 quas pascimus ortas esse.

### FUNDI TOREVMATIS

*explicatio.*

**R** Eliquū est ut ad vasis ὑγροδεκτὸν,  
 vel fundū capax liquoris descē-  
 damus,

*Caprarum  
 filuestriū per-  
 nitas.*

clamus, quod vndis marinis (me Her-  
 cle) circumluitur aptissimè. Eas secant  
 blandi delphines, Bacchi & Veneris  
 delitiæ. Continet insuper quatuor a-  
 nimalia terrestria in pisces desinentia,  
 superiori argumēto haud incongrua.  
 Representant enim nobis elementa  
 cum quatuor anni partibus, quibus  
 quæque dominantur. Sed quia alte-  
 riū nobis commentarij sufficientem  
 materiam cōmodiore occasione præ-  
 bere poterunt, leuiter saltem & quasi  
 per transennam hoc loco monstrare  
 proposui. Terrestria sunt quidem, sed  
 in pisces desinūt: ut terram & aquam  
 coniuncta elementa exprimerent, quæ  
 generationi sedem præstāt, & anima-  
 ta omnia in lucem proferunt. Ex his  
 aquam facilius in materiam genita-  
 lem transformari, philosophorū quo-  
 rundam opinione receptū est, rerum  
 principia ex aqua cōstituentium. Nā  
 signii

Terra & a-  
qua genera-  
zioni sedem  
præstant.

chaos

Chaos.

chaos illud primum ex quo omnia  
 nata fingeit Hesiodus fluidum atque  
 aqueum valde fuisse voluit, qui *aπό*  
*τὸ χωρίον* illud nomē deriuāt, *χωρὸν γέρας*,  
*καὶ πύρὸν τὸ θεῖον*, ut inquit ille. Suā op-  
 nionem haūfisse videtur ex eodem  
 fonte Thales Milesius, qui rerū na-  
 turas penitus indagauit, Deū men-  
 tem cuncta ex aqua formasse adse-  
 rens. Virgilius etiam ex Cleantis, &  
 Anaximenis sententia Deum æthera  
 appellans, eum fecundis aquis terrā  
 impregnasse scribit, canens pulcher-  
 rimè.

*Tum pater omnipotens secundis imbri-  
 bus æther,*

*Coniugis in gremium lætæ descendit, &*  
*omneis*

*Magnus alit magno permistus corpore  
 fetus.*

Neq; aberrat Græcorum theolo-  
 gia, quæ Venerē ex aqua prognatam  
 fingeit,

Venus ex  
aqua.

COSMO

figit, & aquam illi sacrauit. Nascitur enim ex pluuia hoc piscis genus, & apud ignem soluitur rursus in aquā. Nō igitur mirum, quòd tanto-pere aquā laudauerit Pindarus, cùm generationis primordia ex ea prodijisse credere videatur, vt etiam qui hæc quatuor animalia solis circum-  
Cur in aquis  
quatuor anima-  
malia visantur.  
 uagi, atque anni quadrifidi, tum elemotorū generationisq; symbola in aquis exponere nobis voluit. Quæ quid singula sibi velint, quā breuissimè potero (vt commentariolo finem imponam) percurrere visum est.

Bos terram & Vernum tempus si-  
Bos.  
 gnificat, Telluri enim Cereriique & Lunæ facer est, cùm ob agriculturā, tum quòd fecunditatē naturæ multis proprietatibus demostret. Quam ob causam Verni temporis mediū mensim Tauro designarunt Astronomi, sub Veneris almæ quasi productorū

omnium

LXXIII

omnium matris tutela existētem, quā  
sub bouis effigie à Phrygibus cultam  
fuisse legimus.

*Gryphus.*

Gryphus, ignis & æstatis symbolū  
est, quē Soli vel Apollini sacrarūt. In-  
ter Galieni nūmos Venetijs vidimus  
etiam cum Grypho, & hoc titulo

A P O L L I N I C O N S . A V G .

Eius autem currū trahere fingit Clau-  
dianus. Ab Indis Soli Gryphos dedi-  
cari auctore est Philostratus, quos in  
Aethiopia, atque Hyperboreis mōti-  
bus reperiri scribit Plinius. Nihilo-  
minus fictitium animal esse constat,  
Romanis in Hieroglyphicis frequēs,  
& variè depictum, plerumque tamē  
ex aquila & leone compositum. Sed  
addunt aures, ob Apollinem, qui à  
Lacedæmonijs τερπάωτος colebatur.  
Ignita autē priorsus est Leonum, at-  
que Aquilarum natura: huius enim  
pennæ cæterarū avium plumis com-  
mixtæ,

*Leonum &  
aquilarum  
natura.*

mixtæ, Plutarcho tradente, eas calore suo consumunt; ex illius verò ossibus inter se collisis ignem excitari scribit Aelianus.

De Páthera quæ aërem & autumnum hoc loco notat, superius nōnulla, sed alibi plura dicemus.

Supereft equus, aquam, & hiemē <sup>Equus.</sup> nobis signans. Neptuno enim facer est, qui in equum mutatus cum Cererem concubuit, & suo tridente ex vndis illud animal primus excitauit, ut habent fabulæ. Extat etiam Galieni nummus inter alios quos Venetijs vidimus cum equo in pīscem desinente, & his litteris, N E P T V N O C O N S. A V G. Coluerunt autē Neptunum equestrem Romani, & in eius Dei tutela dicebant esse mensem Februarium, quando Sol gelidum & vđum occupat Aquariū, quem prodigum yrñæ dicit Poëta. Parthi igi-

O

tur

tur & Thraces equum fluminibus  
macabant, ut Lacedemonij ventis,  
Lunam quoque, quæ aquis domina-  
tur, φίλια πον cognominat Orpheus.  
Sed horum omnium rationes alibi  
cōmodiore occasione declarabimus  
latius.

Hæc sunt Patrone dignissime,  
quæ huc reuersus, & studiorū ocium  
nactus, in tui Toreumatis symbola  
commentatus sum. In quibus si quæ  
offendant delicatoria forsan ingenia,  
excusabit me spero vix exiguum tem-  
poris spatum, quod huic operi im-  
pendere licuit, cùm me aliò vocarent  
occupationes. Grauis insuper atque  
perplexa est materia, quæ summam  
philosophiæ cognitionem & omni-  
genam veterum auctorum lectionē  
omnino requirit, quam in me ( nisi  
planè sim perfictæ frontis ) nullo  
modo possum agnoscere. Alio igitur  
opus

opus esset Oedipo, imò Morillono quodam, qui hoc argumentum ex plena litterariæ supellectilis suæ synthesi dignè potuisset excolare, nisi eum virum, prô dolor, fata nobis inuidissent. Ego autem tibi satisfaciendi studio παρέπως hæc effudi: ex ijs si vel paucula tuo iudicio probari sentiam, non omnino me oleum atque operam perdidisse putabo. Bene vale studiosorum Mæcenæs optime.

F I N I S.


O 3 AVCTO-

AVCTORVM NOMINA  
QVI IN HOC OPVSCVL  
CITANTVR.

<i>Aelianus.</i>	<i>Dionysius Afer.</i>
<i>Aeschylus.</i>	<i>Diphilus.</i>
<i>Achilles Bocchius.</i>	<i>Eubulus.</i>
<i>Alceus.</i>	<i>Eusebius.</i>
<i>D. Ambrosius.</i>	<i>Fulgentius Placiades.</i>
<i>Anacreon.</i>	<i>Gellius.</i>
<i>Atimachus.</i>	<i>D. Hieronymus.</i>
<i>Antiphanes.</i>	<i>Heliodorus.</i>
<i>Anticledes Atheniensis.</i>	<i>Herodotus.</i>
<i>Aphthonius.</i>	<i>Hephestion.</i>
<i>Aristoteles.</i>	<i>Hesiodus.</i>
<i>Aristophanes.</i>	<i>Hesychius.</i>
<i>Artemidorus.</i>	<i>Homerus.</i>
<i>Athenaeus.</i>	<i>Horatius.</i>
<i>D. Augustinus.</i>	<i>Ion Chius.</i>
<i>Augustinus Nyphus.</i>	<i>Iulius Pollux.</i>
<i>Ausonius poëta.</i>	<i>Iunius Firmicus.</i>
<i>Cælius Rhodiginus.</i>	<i>Laberius.</i>
<i>Cicero.</i>	<i>Lucretius.</i>
<i>Claudianus poëta.</i>	<i>Lycophron.</i>
<i>Clitarchus.</i>	<i>Macrobius.</i>
<i>Diodorus.</i>	<i>Martialis poëta.</i>
<i>Diodorus Siculus.</i>	<i>Martianus Capella.</i>

*Mnime-*

- |                              |                               |
|------------------------------|-------------------------------|
| <i>Mnimerinus.</i>           | <i>Plutarchus.</i>            |
| <i>Mnasitheus.</i>           | <i>Polemon.</i>               |
| <i>Nicander Thyatirenus.</i> | <i>Solinus.</i>               |
| <i>Oppianus.</i>             | <i>Stesichorus.</i>           |
| <i>Origenes.</i>             | <i>Suidas.</i>                |
| <i>Orpheus.</i>              | <i>Sulpitius Apollinaris.</i> |
| <i>Orus Apollo.</i>          | <i>Theoclytus.</i>            |
| <i>Ouidius.</i>              | <i>Theocritus.</i>            |
| <i>Pamphilus.</i>            | <i>Theodorus Gaza.</i>        |
| <i>Pausanius.</i>            | <i>Valerius Probus.</i>       |
| <i>Persius.</i>              | <i>Varinus.</i>               |
| <i>Philostratus.</i>         | <i>Varro.</i>                 |
| <i>Plato.</i>                | <i>Virgilius.</i>             |
| <i>Plinius.</i>              | <i>Zenodotus.</i>             |



S Y M M A P R I V I L E G I O R V M.

C AV T V M est Regio priuilegio , ne quis alius  
Præter Christophorum Plantinum librū, cui  
titulus est, *Themis dea* , seu *De lege diuina* , imprimat,  
vel alibi impressum vendat hinc ad sexennium, sub  
pœna confiscationis librorum , vt latiùs patet in  
litteris datis Bruxellæ 2. Decembris .M. D. L X V I I.

Subsignat.

*De Langhe.*

Idem cautum est in Consilio Brabantie ad toti-  
dem annos , & sub pœnis ijsdem , vt in superiori  
Priuilegio: quemadmodum latiùs patet in litteris  
dati s Bruxellæ 3. Decembris eiusdem anni.

Subsignat. ab eodem

*De Langhe.*

S A M A T R I A L E C O X A M .

C A T A L A G U E R E C O L L E C T I O N S .  
C o l l e c t i o n s C o l l e c t i o n s P r o p r i e t y , & o n d i v i d u a l s  
L i b r a r y , T h e o d o r u s , & o n D i f f e r e n t s , i n p u b l i c  
A n d S i l l i c i t a t i o n s , A n d P r i v a t e , P r i v a t e , & o n  
P u b l i c C o n s i s t e n c i e s , P r i v a t e , & o n P r i v a t e s , & o n P r i v a t e s .

S u p p l y s e r

D e s t a g e s

I n t e r m a r k e t s & i n C o u n t i e s B r i g a d e s & H a r t e r  
D e m a n d s , & t h e p o w e r s i l l o w , & i n t h e i r  
P r i m a r y ; d e c o u n t i n g s , t a x i s , p a s t e r s , i n i n f e r  
S u b s i d i e s , D e c o u n t i n g s , t a x i s , p a s t e r s .

S u p p l y s e r , & C o o p e r a t o r s

D e s t a g e s

NICOLAVS FLORENTIVS

STEPHANO PIGHIO

SVO S. D.

CVM NVPER AD ME SCRIPSIS-  
ses mi Pighi, vt certiorem te facerem, si  
quid in tua Themide esset, quod lectorem  
offenderet; respondi, vt nouisti, eam valde  
placuisse doctissimo nostro Fuluio Vtino;  
verum me eam nondum legisse. Accidit  
inde dum Illustrissimus Cardinalis Gran-  
uellanus existimaret me eam vidisse, vt se-  
rius ad eius lectionem peruererim, quam  
tu forte expectabas. Ceterum vbi postea  
eandem ipse Illustrissimus per occasionem  
summis laudibus extulisset: ac ex me præ-  
sente agnouisset, visam à me non esse, con-  
festim qua est in omnes studiosos humani-  
tate ac benignitate propensus, eam ad cu-  
biculum meum transferri curauit, quam  
tū quidem statim legi, posteraque die ite-  
rum summa cum admiratione ideo relegi,  
quod non modò singularem in ea inuen-  
tionem, rerumque applicationem, verum  
etiam conciliationem tot diuersorum au-  
ctorum in re tam perplexa, adeò felicem  
suspicerem, vt nihil simile à multis annis  
legisse me fatear. Quare ingenti perfusus  
lætitia, & quasi prurigine inflammatus, vix  
me cōtinere potui, quin tertio eam aggre-  
derer. Sed quia alia quædam me detine-  
bant, tum etiam quod me parum instru-

P

Etum

ctum esse sentirem , ad intelligentiam eorum præcipue, quæ sub Morilloni persona à te referuntur: consultius esse statui, dies aliquot intermittere , ac minus inidoneū ad intermissam redire. Hinc accidit, vt nūc tandem eam absoluerim , retulerimque non minus fructus quam voluptatis, ita tamen vt tuam præsentiam valde desiderarem, qui cum conferre possem, nescio quid scrupuli ; quod et si ego per me extricare nequeam, non despero tamen, immò nihil dubito , quin vt alia non minus difficultia, felicissimè dissoluisti , sic id quoque planū extricatumque reddes, mihique hūc scrupulum aut litteris , aut in ipsa operis editione eximes . Id (vt iam absens agā, quod præsens mallem ) ex duobus locis maximè dependet , & primum ex his tuis verbis, quibus in subsequentem modum ita agis:

*Quam Veneris esse nonnulli coniiciunt propter tres imangunculas, quæ deam consertis manibus circundant, quas Gratias autumāt: Sed dubitat Augustinus admodum, quod non nudas sed stolatas videri dicant, atq; alio quam Gratiæ modo dispositas. Ad hæc ita mox ille: De Veneris termino quicquam me legisse profecto non memini; cuperem itaque videre simulachrum illud, &c. Ac aliquanto pōst hisce sequentibus, quibus Card. Carpensem ita loquentein inducis.*

*Tu quæso mi Augustine dicas primum, qui his doctis antiquorum symbolis, argumentisq; mirifice delectari soles, an tibi hæc Venus, an quicquam de eius termino apud veteres quos plurimos te diligenter peruvoluisse scio, legeris. Tum ille, Nihil equidem expresse me legisse memini, vt neque*

que de Gratiarum hoc habitu atque positura: plurima ta-  
men in similibus antiquorum reliquiis, reperiri nō diffiteor,  
de quibus maiorum scripta, quae ad nostra peruererūt tem-  
pora, memoria nibil prodiderunt.

Quæ verba ita videntur accipi posse, ut  
ideo videaris negare imaginem hanc Ve-  
neris esse, quod Veneris statuam aut signū  
à nemine sub Termini forma descriptam  
esse legeris. Similiter Gratias illas esse, ideo  
ex parte refellere videris, quod nudæ non  
sint sed stolatæ, cùm tamen non dubito  
quin apud Pausaniam videris, quid de his  
ipse referat, ad quem nullo alio addito te  
remitterem; si cùm hæ meæ litteræ Bru-  
xellam perferrentur, te ibidem in maxi-  
ma selectorum librorum copia fore cer-  
tior essem. Sed dum dubito, num te alibi  
locorum, hæ meæ deprehendent, volui  
quemadmodum partem illam strenæ tuæ  
supra ob eandem causam descripsi, sic etiā  
ex Pausania ea hic subiungere, quæ cum  
tuis aliquantum mihi dissentire videntur.  
Ea ita se habent in translatione Romuli  
Amasæi edita Florentiæ, Anno cl̄ Iɔ li.  
Libro i.nempe in Attica.

De ea vrbis regiuncula quam Hortos vocant, & Vene-  
ris in ea templo signoꝝ quod templo assit, figura ut Her-  
mæ quadrata, nihil fide dignum est ab Atheniensibus tradi-  
tum. Epigramma autem indicat, calestem Venerem esse,  
earum quæ Parcae appellantur natu maximam.

Idem libro 6. Eliacorum.

Suum habent & Gratia templum, simulacra lignea  
sunt, veste inaurata, facies, manus, et pedes è candido mar-

more, earū una rosam talum altera, myrtū tertia præfert.

Idem Libro 9. in Bœotica.

At qui primus Gratias vel finixerit, vel pingendo nudas ostenderit, nusquam comperi. Apud priscos enim homines cum vestimento eas, tam à pictoribus quam à pictoribus factas noui. Nam apud Smyrnæos cum in Nemesium fano, preter cetera signa, ipse etiam Gratiae aureæ dedicatae sunt, quas Bupalus fecit; tum verò in Cantorum statione, odeum ipsi vocant, Gratiae imago Apellis opus est, Pergameni etiam in Attali thalamo & in eo templo, quod Pythium nuncupant, suas habent & ipsi Gratias, quas pinxit Pythagoras Parius: Socrates ad hæc Sophronisci filius, ante arcis vestibulum, Gratiarū Atheniensibus è marmore signa fecit, quæ sanè omnia sunt veste velata. Qua verò his posteriores ratione, ita Gratiarum ornatum immutauerint, vt omnes plænè nudas fecerint quibus eas vel singendo vel pingendo exprimere curæ fuit, mihi certè compertum non est.

Atque hæc, mi candidissime Pighi, sic accipias velim, tāquam à tui studiosissimo prolata, & ignoscas quæsto, si quod paucis verbis indicare potui; dulcedine colloquij tui detetus, prolixiore epistola retulerim. Nam cùm te præsentem non habeam, habuerim tamen plus quam istam causam tui (etiam prius) interpellandi, neque ita tēperare mihi potui, quin aliquanto maiore tempore tecum quasi hærerem confabularerque, quam ipsa rei necessitas exigeret. Vale, ac studiis tuis, tibi, principibusq; dignis, vt & amicis, immortalitatem prorogare pergas. Romæ die quarta Decembris. C. LXVII.

S T E-

STEPHANVS PIGHIVS  
NICOLAO FLORENTIO  
SVO S. D.

ACCEPI tuam epistolam mi Florenti tertio Kal.  
Ianuarias, quæ profecto gratissima mihi fuit, quod meis tan-  
dem precibus locum feceris, atq; ea demonstraueris, que  
fortasse offendere lectorem in nostra Themide possent. Atqui  
vellem appulisset aliquanto maturius tua epistola, potuissim  
tum profecto vel paucis verbis tuis scrupulis, ad argumentū  
quippe nostrum non pertinentibus, occurrere. Sed cùm iam  
Themini ferè Plantinus typographus absoluisset, vt noua  
strenue argumentum noui huius anni initio in lucem prodi-  
ret, nihil in eadem mutare tum facultas fuit. Quapropter  
nostra fretus amicitia, epistolam hanc tuam cum mea re-  
spōsitione Themidi adiicere non dubitaui, vt lector quiuis in-  
telligat consilium in hac re meum, quod te ex ipsa Themide  
non perceperisse video, ne deinde quis alius in eundem fortè  
lapidem offendere pedem posset. Iam verò si præter tuam ex-  
pectationem hoc facio, per amicitia sacra te rogo, ne agrè  
feras, sed sorti potius quam mea temeritati imputes, qua fa-  
ctum vt tua serius ad me peruererit epistola, quam vt po-  
tuerim in ipso opere has offensiūculas summouere. Sed vt ad  
rem transgrediar, nouisti mi Florenti in dialogis omnibus  
duo imprimis esse quam diligentissimè obseruanda, decorum  
videlicet atque imitationem: decorum quidem, vt habe-  
mus rationem argumenti, temporis, loci atque personarum:  
imitationem verò, vt ita instituamus sermonē stylo vulga-  
ri, remisso ac simplici, vt non studio confictus, non longè ac-  
ceritus, sed fortuitus & verus appareat, vt in eo etiam re-  
luceat, quantum fieri poterit, personarum quas inducimus,  
non solum eruditio, ingenium, atque eloquentia, verum  
etiam modus loquendi aliquando ab ipsis usitatus. Quod

P 3

M. Tul-

M. Tulliu in dialogis suis frequenter fecisse animaduertimus,  
vt de claris oratoribus disputans M. Bruti formulas cùm eū  
inducit loquentem, sāpe imitatur, quamvis dictionem ipsius  
non probaret, atque is Ciceroni, vt Tacitus ait, videretur  
ociosus atque disiunctus. loca quādam annotauit Corradus,  
in quibus à suo dicendi genere Tullius eam ob causam dis-  
ceßisse videretur. Itaque & nos Morillonum nostrum, cum  
quo Romæ tum familiarissimè viximus, & iocos eius vicū-  
que imitari cùm in illa disputationis præfatione, tum in fi-  
ne voluimus, qui cùm opiniones suas dissimulare vellet, ple-  
runque dicere solebat, se non meminisse; & cùm accusarem  
aliquoties eius illam ὑπόκρισιν non ignarus ipsum fingere;  
dissimulabat amplius, humanum esse dicens, non meminisse  
mox omnium quæ olim vel audiuimus vel legimus; temera-  
rij verò, velle scire confessim vniuersa. et hæc plerūq; cùm  
vel alios audire vellet, vel de aliis rebus differere. Sic Augu-  
stinum quoque fingo dissimulare & se non meminisse dice-  
re, vt Morillonum audiret differentem, non secus ac Socrati-  
tem Plato quām frequentissimè & ἐγών νοούσαι inducit, dubi-  
tantem quippe, interrogantem, ac omnium ferè ignarum, ut  
aliorum errores expiscaretur, ac deinde per inductiones suas  
exagitaret, & reselleret. Augustinum verò tunc temporis  
etiam in sublimiori gradu positum nobiscum velut parem  
in arenam descendere noluimus, vt decorum seruaremus;  
quamvis pro multifaria eius eruditione & antiquitatis pe-  
ritia, vel primas eius disputationis obtinere debuisset. Excus-  
at igitur occupationes forenses ipse, velut per has abstrahere-  
tur ab amœnioribus hisce studiis, & excusatur etiam à  
Cardinale postea, ne in secundo vel tertio dialogo, quos ad-  
huc ad legis diuina argumentum desiderari fatemur, onus  
præcipuum disputationis subeat, licet pro ingenij sui fœcun-  
ditate, felicitateq; quamlibet multis occupationibus suffi-  
cere possit: Cardinalem enim & Augustinum tanquam iu-  
dices

dices vel censores huic nostro dialogo adiunximus, quique  
nihil aliud quam aliquando dicentes extimulent, iisue fri-  
gidam (quod aiunt) suffundant. De Venere & Gratiis au-  
tem, quas ἀιολομόρφους appellat Orpheus, studio omnia  
praterimus in illa transitione ad scopum nostrum, vulgo re-  
ceptam de Venere & Gratiis opinionem vix attingentes:  
nam qua de harum dearum natura, cultu, diuersisq; formis  
variè Pausanias aliiq; veteres memoriae prodiderunt, tertio  
dialogo reseruamus, in quo de pulchro legis diuinae acturi, &  
Veneris Gratiarumque historiam diligentius examinaturi  
sumus. Eaque de causa Morillonum & Augustinum fingo  
non meminisse de Venere & Gratiis, idq; aperto potius mē-  
dacio quam occulta dissimulatione, ut eo circius intelligat le-  
ctor hanc historiam alio loco reseruari. Atqui nihil metuo,  
quin vterq; apud doctos omnes vel nālā πρόληψιν excuse-  
tur facile ab ignorantiae culpa: quando huius præclara ope-  
ra iamdudum in lucem edita abunde testentur summam  
doctrinam multifariamq; omnigenae antiquitatis peritiam;  
illius autem ingenium, memoriam, ac dotes variāque eru-  
ditionem ipse in præfatione ad Cardinalem nostrum, quia  
eius nulla in publico adhuc extare scripta existimem, satis  
declarem. Nec denique his memoriae lapsum, nisi ficticium,  
impingi posse existimo. Non enim is videtur, vel Erasmo  
teste, memoria lapsus esse, qui negat se meminisse, alioquin  
nemo non labitur memoria, quando nullus est, quin quedam  
non meminerit: verū qui per obliuionem aliud scribit &  
asseuerat, quam res habet, is demum labitur memoria, &  
negligentiae accusari poterit. Habet consilij mei rationem, &  
iuuat apud te mi Florenti caussam dicere, velut æquum &  
amicum iudicem, cuius candor eximius mihi probè cognitus  
est: sed cum me laudibus immodicis oneras, quas agnoscere  
non possum, quando me meo metior pede, profecto pudorens  
mihi insignem incutis, ad quas nihil habeo, quod respondeā,

nisi

nisi te amātissime de me errare, atq; affectionis nimio studio  
prosperus cœcutire. Non enim usque adeo me vexat philautia  
illa tētigo quin sentiam meam imbecillitatem, & vix quo-  
quam doctis auribus, nedum immortalitate dignum à me  
prouenire posse. Vale.

ERRATA.

Pag. 3. lin. 14. & votis. 5. 3. est. 20. 2. Quirinali. 21. vlt.  
atriensibus. 44. 2. οθεν. 60. 3. qui. 67. 4. ex. 90. 8. Ione. 93. 20.  
animæ. 96. 12. θεοιδεῖς. 97. 12. Maffæum. 121. 17. καρπωδοτεῖη  
140. 2. Probi. 147. 14. Spartam. 169. vlt. tua vi. 204. 8. sul-  
cipiuntur. 207. 1. apīam.

















Th  
6030